

Johann Andreas Bose

Jo. Andreae Bosii Exercitatio Philologica, In qua ostenditur, neterikas Aphymias II Timoth. II, 22. perperam exponi novas vel novarum rerum cupiditates: ...

Editio altera, alicubi aucta & interpolata, lenae: Nisius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788764977>

Druck Freier  Zugang



A-N
A-G
A-96
A-70
A-N

84.

52 b. 5.

192p
A-C
A-E
A-B
Pr. 104
44p
A-L
B-E
A-K
A-S
A-M
A-C
A-B
A-B
A-C
A-S
A-S
A-C
A-D



Jupiter Stirps haec Trunca
et Saucia crescit.
Sub Cruce sic crescit jugiter
Alma Fides


16 Ad Libros IP Storri 17


A-C
A-E
A-G
A-S
40p
43p
29p
14p
38p
30p
41p
Pr. 7. 52p
66p

A-B
A-S
A-E
A-C
A-C
A-S
A-S
A-S

Ja 1092 (84.)

<16.7h>





1. A.
2. B.
3. C.
4. D.
5. E.
6. F.
7. G.
8. H.
9. I.
10. J.
11. K.
12. L.
13. M.
14. N.
15. O.
16. P.
17. Q.
18. R.
19. S.
20. T.
21. U.
22. V.
23. W.
24. X.
25. Y.
26. Z.

1. Jo. Bened. Carpovii Patris Vindicta Doctrinae de Sacramentis.
2. Bulaei (protr.) Ulenchus Errorum Capisticorum de Sacram. Novae et Def.
3. M. Georo Schmamm (protr.) de Sionis praesent. ex Joelis potissimum.
4. Jo. Ulricq. Chayer (protr.) de Imagine Dei Homini primaevo concreta.
5. Andreac Kühn (protr.) de Universali gratia.
6. Fredericus Holzmann (protr.) de Symbolo Apostolico contra Calixtum.
7. Balthasar Frederic Saltmann (protr.) de Processione Spiritus S.
8. Jo. Fredericq. Heilbrunnensis de Tractu Patris ad Filium. 9 Jo. 14. 44.
9. Jo. Georo Dorschauer ad Op. Juda v. 5.
10. Henricq. Schmid (protr.) de Cathedra Petri.
11. Henricq. Philippus Heruart de Raptu Pauli. Epie.
12. Thronatur Praef. Hulfemann de Peccato in genere et in sp. de originali.
13. Bernard Schmid de Lingua Hebraea.
14. Wilhel. prof. Meisner de Vita Salomonis curriculum.
15. Balthasar Boedelig de Phrasi N. Testamenti.
16. Victus de Urin et Thummim. 15. b. f. d. d. de Cherubim.
17. Michael Erbmann de Judaism.
18. Francisc. Gfide Amalysio ad Rom. VI. 1. 2.
19. Christian Gfide Chemnitio de Peccato in Spir. S.
20. Christian Chemnidig de Tentatione sensus et in existentia Dei.
21. Idem de Fide Daemonum.
22. Jo. Ernest Gerhardy de modo legitimo propagandi fidem.
23. Idem de Salute Infantum ante baptismum decedentium.
24. Idem de Spei veritate ad Nov. Test. Syriacum.
25. Sebastian Niemanni Fides Pontificia non Fides.
26. Jo. Trissunty de Ulla adventu frustra a Judaeis adhuc expectato.

27. Jo. Trifunius De Judaico Anno Paschali. Exod. XII, 3. f.
28. —. Idem de Angelo Federis.
29. —. Idem de Pontificum Obraonū Vestitu Sacro.
30. Jo. Bened. Carpovig de Arca Federis.
31. —. Idem de Quaestione: Quosum Arca perrenerit.
32. —. Idem ad mummos Cornutum Moisen exhibentes.
33. —. Idem ad Majemon. Hith. VII. A. XVI.
34. —. Idem de Gigantibus.
35. —. Idem de Crethi et Pletti.
36. —. Eundem versio Hithot Thaanith Majemon.
37. Jo. Andreas Bosig ad 2 Thimoth. II, 22.
38. Christianus Korthold de Origine Philosoph. Barbaricae.
39. Jo. Faber Argent. de Causa Peccati.
40. Jo. Pappi Quaest. et Resp. De Ecclesia Catholica.
41. Jacobus Froeseisen de Haeresibus et Haereticis.
42. Jo. Georg Dorschauer de unione Hypostatica Ca. II, 9.
43. Balthasar Raithij Specimen Collegii Bibliici ex Obadi.
44. Jo. W. Stachig de Punctis Hebraonū vocalibus.
45. Jo. Winkelmanny de Messia nostro Jesu Jer. xxxiii. 3-8.
46. Jacobi Leonoldii Praefide Frœreienis Flosculi Paganis dnm.
47. Wilhelmi Lyseni Christus Patiens Gal. 4. xiii.
48. Jo. Conradi Sumii Judaei Inexcusabiles.
49. Jo. Schmiel de Resurrectione Christi a h. ortu.
50. Wilhelmus Lyseni de Eadem.
51. Elia Schadaei Theses de Spiritu S.

Per
M. Jo. Philippo Parnio
Pa. II. Heilbr. 1695.

37.

IO. ANDREAE BOSII
EXERCITATIO
PHILOLOGICA,

In qua ostenditur, *νεωτεριστὰς Ἰνδουμίας*
II Timoth. II, 22. perperam exponi *nouas* vel *nouarum*
rerum cupiditates: simul prolixè expenditur locus Igna-
tius ex epistola ad Magnesios, quo doctissimi quidam viri
putarunt Episcopi vnus supra Presbyteros emi-
nentiam vocari *νεωτεριστὴν τάξιν*, siue *nouellum*
ordinem.

Editio altera, alicubi aucta & interpolata.

J E N Æ
Typis JOANNIS NISII
AN. CHR. MD C L X.

5

4

48

IO. ANDRAE BOSII
EXERCITATIO
PHILOGICA

In qua ostenditur, quomodo
in Titulo, et in prima pagina
numerationis, hinc inde exordium locum
lexicologicae Methodi, quod hinc
patentibus locis hinc inde
notandum, et hinc inde

Exercitatio Philologica

AVGVSTVS
P. I. JOHANNIS NISII
AN. MDCLXX.



ADDENDA ET EMENDANDA.

P Ag. 12. lin. 9. lege: εἶσπ. Pag. 16, 7. 1. *vocem νεώτερον*
P. 20, 14. post adseuerat, adde: *Ipsa ejus verba, plena confi-*
dentia, adscribemus. Sic, inquit, sentio, si quid in rebus
mortalium sit quod a quoquam possit adfirmari, jam quo
que audere me absque vlla cunctatione adfirmare & certo
statuere, versionem Pentateuchi Græcam, quæ hodie etiam-
num exstat; toties recusa, illam ipsam esse genuinam LXX In-
terpretum versionem. Hoc sic efficio, quod quamuis jam
olim Judæi & Origenes hanc interpolare conati sint, pluraque
contaminarint exemplaria Judæi, admixta Aquilæ versione,
Origenes vero illa Theodotionis; integra nihilominus hæc
translatio a Ptolemæi temporibus ad nostram vsque ætatem
perfluerit, & quamuis æuo omnia mutantur & corrumpantur,
mutationem tamen quæ in his exemplaribus facta sit, adeo
leuem esse & non magni momenti, vt si vere adfirmare possi-
mus nos habere scripta Virgilio aut officia Ciceronis, qui libri
maxime ad nos incorrupti peruenere, multo potiori jure ja-
ctare possimus, nos habere genuinam LXX Interpretum
translationem. *ProvoCAT deIN ad testimonia & loca ex hac*
versione jam a bis ferme annorum millibus deprompta, hoc est
a tempore ipsorum LXX Interpretum, quæ in numeris, in an-
nis, in nominibus propriis, in omnibus denique cum hodie-
nis editionibus ad vnguem conuenire ait. P. 22, 11. post *Po-*
lybii, adde: *Immo ipsa sacra littera, secundum Græcorum interpre-*
tationem, Jeremia L, 44. Cyrum, annum regni XIX agentem, πέν-
τῆς νεαρίστων; Josuam vero, XLV minimum annos natum, Exod.
XXXIII, 11. νέον; Benjaminem denique, decem liberorum patrem,
Genes. XLIII, 8. etiam παιδάριον appellant. P. 22, 16. 1. *αὐτῷ ἀγ-*
τῶ. P. 24, 6. 1. *νεώτερον πρὸν πληθύνωσά με.* P. 25, 6. & 7.
1. *νεώτερος.* P. 30, 28. 1. *πρωτότα.* P. 33, 32. 1. *dicenda.*
P. 38. lin. 22. leg. *si legas Σαμαρείας.* Ibid. lin. vlt. leg. *Ψαῖ.*
H P. 41.

Pag. 41. lin. 6. leg. καὶ Φεγεῖν. Ibid. lin. 7. leg. συγγράμματα.
P. 42. lin. 32. leg. Eschinis. P. 44. lin. penult. leg. ἠδὲ πικρίας.
P. 48. lin. 29. leg. ἢ Ἰπιδ. P. 50. lin. 14. post Chronologi, ad-
de: hanc epistolam. P. 51. lin. penult. leg. λοιπὰ. Ib. lin. vlt.
leg. νεανικόν. P. 52. lin. 17. & 18. leg. colligo. Ibid. lin. 18. & 21.
distingue: καινός. Ισοκράτης &c. Ibid. lin. 27. leg. epitheta.
Lin. 35. post νεωτερικόν, dele comma. Lin. penult. post dixit,
adde: Eundem in Numa νεανικῶ Ἐρφορὸν vocasse controver-
siam magnam, obseruauit Franc. Vigerius libelli supra laudati cap.
III. sect. VII. regula XIII; ubi & alia hujus significatus exempla ha-
bes. Adde Casaubonum lib. IV. animadvers. ad Athenaeum
cap. XXI. Lin. penult. leg. Demo-
stbene.



AV-



AVCTORES
HAC EXERCITATIONE
laudati, notati, illustrati, emen-
dati.

A.

Aethiopica Bibliorum versio.
Edm. Albertinus.
Anselmus.
Antiochus Monachus.
Arabica versiones Bibl.
Io. Argypylus.
Aristoteles. illustr. pag.
10. 52.
Athenæus.
Aur. Augustinus.
Auctor librorum Samuelis.
Auctor libri de virginitate
Athanasio adscripti. e-
mend. 27.
Auctor commentariorum in
epist. Paulli, Ambroso
adscriptorum.

B.

Frid. Balduinus.
Io. Barclajus.
Cas. Baronius. *not. 51.*
Obad. Bartenora.
Baruchi liber. ill. 24.
Beda.
Rob. Bellarminus.
Theod. Beza.

Dau. Blondellus. *not. 30.*

Jac. Bonfrerius.

Guil. Budæus.

Io. Buxtorfius F.

C.

Abr. Calouius.

Ioach. Camerarius.

Iac. Cappellus.

Lud. Cappellus.

If. Casaubonus. *not. 12.*

Centuriatores Magde-
burgici.

Dan. Chamier.

Chronicon Alexandrinum.

Chronicorum libri. ill. 20. 21

Io. Chrysofomus.

Clemens Alexandrinus. il-
lustr. 35. 36. emend. 35.

Rob. Cocus.

Codex Bibliorum Græcus A-
lexandrinus. not. 50. e-

mend. 35.

Clemens Romanus.

Pet. Cunæus.

S. Cyprianus.

D.

Io. Dallaus.

H 2

I. C. Dan-

INDEX

I. C. Dannhauerus.

Io. Dartes. not. 41.
Demosthenes.

I. M. Dillherrus.
Diodorus Siculus.

I. Ge. Dorfcheus.

Io. Drufius.

E.

Ecclesiastes Salomonis.

Editio IV. & V. Biblior.

Grac. not. 23.

Epiphanius.

Des. Erasmus Roterod.

Guil. Estius

Euripides.

Eusebius Caesariensis.

Eustathius.

Euthymius.

F.

Nic. Fullerus.

G.

Iac. Gaffarellus.

Cl. Galenus.

Pet. Galefinius.

A. Gellius. illustr. 22.

Io. Gerhardus.

Sal. Glassius.

Glosse Basilicorum.

Glosse Cyrilli. emend. 43.

Glossaria Graecolatina.

Græca Biblior. versio vulgata. not. 22. 23.

Gregorius Magnus.

Hugo Grotius. not. 12. 14. 15. 24.
48.

H.

Henr. Hammondus. not. 41. 49.

Harpocraton. emend. 52.

Herodianus.

Hesychius.

S. Hieronymus.

Homerus.

Io. Hoornbeck.

Conr. Hornejus.

I. Hen. Hottingerus.

Io. Hulfemannus.

I.

S. Iacobus Apostolus.

Ieremias Propheta.

Iesaias Propheta.

S. Ignatius. illustr. 31. 32. 33. 34.

39. 40. 41. 42. 43. 44.

45. emend. 32.

S. Ignatii interpres Vserianus.

not. 32. 33. 34. 45. e-
mend. 32.

S. Ioannes Apostolus. illustr. 9.

36.

Iobi historia. illustr. 22. 23.

Fl. Iosephus. illustr. 9. 26. 27.

emend. 9.

Iosue liber. illustr. 23.

S. Iudas Apostolus.

Patric. Iunius.

Ius Græco-Romanum.

Ben. Iustinianus. not. 51.

K.

Conr. Kircherus. not. 23. 24.

L.

Dion. Lambinus.

Willh.

AUCTORUM.

Wilh. Langius.

Corn. a Lapide. not. 48.

R. Leni Ben Gersom.

Iust. Lipsius.

Liturgia S. Iacobi.

Io. Lorinus. not. 51.

S. Lucas Evang. illustr. 5. 11. 12.

13. 14. 15. 37.

T. Lucretius.

Mart. Lutherus.

M.

Cosm. Magalianus.

Tob. Magirus.

Mos. Maimonides.

I. Tob. Major.

S. Marcus Evang. illustr. 12.

Andr. Masius.

Tho. Masfutius. not. 57.

S. Mattheus Evang. ill. 14.

Ph. Iac. Mausfacus. not. 52.

Michaël Aspasius.

Io. Morinus.

Alex. Morus.

Moses.

N.

Edo Neuhufius.

Nicephorus Callistr.

Novella Iustiniani.

O.

Luc. Ofiander. not. 51.

P. Ouidius.

P.

Sant. Pagninus.

S. Paullus Apostolus. illustr. 8.

13. 15. 47. 49. 50.

Ben. Pererius.

Guil. Perkinsus.

Dion. Petavius.

S. Petrus Apost. illustr. 6. 7.

Seb. Pfochenius.

Pirke Elieser.

Plautus. ill. 14.

Plutarchus.

Polybius.

Porphyrius.

Primasius.

Priscianus.

Psalmi Davidici. illustr.

23.

Q

M. Fab. Quintilianus.

R.

Regum libri.

Tho. Reinesius.

Ant. Riccobonus.

Andr. Riuetus. not. 30.

S.

Cl. Salmasius. notatur passim.

Alph. Salmero. not. 51.

Wilh. Schickartus.

Abr. Scultetus.

Io. Seldenus.

Nic. Serarius.

Siracides. illustr. 38.

Frid. Spanhemius.

HEND

INDEX AUCTORUM.

Henr. Stephanus.

Io. Stobaeus.

C. Suetonius. illustr. 12.

Suidas.

Susanna historia.

Synesius.

Syriacus N. T. interpres.

illustr. 4. 7. 14.

T.

Corn. Tacitus.

Tanchuma.

Theodoretus.

Theodotion. not. 22. 23.

Theophrastus Eresius.

Theophylactus.

Iac. Tirinus.

V.

Ez. Vaillantus.

Nic. Vedelius. *not. 51.*

Franc. Vigerius.

Gisb. Voetius.

Io. Vorstius.

Gu. Hen. Vorstius.

Ger. Io. Vosfius.

If. Vosfius.

Iac. Vserius. *not. 51.*

W.

Bri. Waltonus. *not. 19.*

Guil. Whitakerus.

Io. Wouwerius.





C. B. D.

EXERCITATIO PHILOLOGICA ad II Timoth. II, 22.

CAPUT PRIMVM.

Quid sint II Timoth. II, 22. $\nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota$ Ἰνδουίαι ex recepta Interpretum sententia; quid ex mente Salmasii & Viri docti alterius. Nota in N. T. a Salmasio promissa, & quales. Praefertur recepta expositio, & delectus argumentorum habetur. Quanti heic faciendus consensus interpretum. Syriaca hujus loci versio.

$\nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota$ in N. T. semper designare iuuentutem. Aethiopici & Arabicorum interpretum cum vulgata expositione consensus.



Quod inter alia Paullus Timotheo suo praecipit, $\tau\alpha\varsigma\ \nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota\ \text{Ἰνδουίαι}$ $\Phi\epsilon\upsilon\gamma\epsilon$; id de huiusmodi adfectibus, quibus iuuenes abripi praeter ceteris hominibus solent, plerique omnes Interpretes, veteres juxta ac noui, acceperunt. Primus, quod sciam, aliter explicare conatus est Illustris Salmasius in Apparatu ad libros de primatu Papae, abhinc annis quindecim in lucem edito. Cum enim exposuisset verba Ignatii (sive alterius cuiusdam, qui, illius opinione, epistolae istas sub Ignatii nomine composuit) quibus episcopalis dignitas videtur appellari $\nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota\ \tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\varsigma$, dixissetque $\nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota\ \nu\omicron\upsilon\upsilon$ non significare iuuenilem, sed nouum; inter alia, quibus id firmare nititur, hunc quoque locum adducit. In Epistola, inquit*, Paulli ad* pag. 57. Timotheum II, cap. II, XXII, $\nu\epsilon\omega\tau\epsilon\rho\mu\epsilon\gamma\iota\ \text{Ἰνδουίαι}$ non sunt iuueniles cupiditates, sed nouae vel nouarum rerum, ut alibi explicabimus.

A

Quae

EXERCITATIO PHILOLOGICA

Quæ postrema haud dubie notas illius in Noui Federis libros, totiens ab ipso promissas, ac tamdiu ab erudito orbe, sed frustra, expectatas respiciunt. Quæ si prodissent in lucem, fortasse non parum rei literariæ adlaturæ erant commodi; quoniam, ut ipsum amico cuidam sciscitanti ante hos annos duodecim respondisse memini, non solum Critica in hoc opere consecraturus erat, ut, illius iudicio, Grotius ac Heinsius fecerant; sed plurima contra Pontificios, adhibito antiquitatis consensu, urgere constituerat. Sed hæc omnia vereor ne cum auctore suo, ut alia multa, quæ ab eo expectabantur, interciderint. Certe nondum, quod sciam, in lucem prodierunt: etsi spem earum edendarum Orbi literato fecit, qui Epistoliarum ab eo scriptarum partem nuper publicauit.

II. Salmasium postea sequutus est vir doctus alius, cuius etsi sapius experti sumus ingenium ac eruditionem haud vulgarem, meritoque magni facimus; tamen hac in re non possumus probare sententiam. Neque veremur, ne is ægre ferat dissensum nostrum: quippe qui non contendendi criminandique libidine dissentimus, sed solius studio veritatis, quam amicitia antehabendam esse, & ipse, sat scio, iudicat, & exemplo suo pridem ostendit. Is igitur principio eruditæ Diatribes de Feria passionis Dominicæ, ante hos annos decem editæ, pariter existimabat Apostolum *novas vel nouarum rerum cupiditates*, & vana inuouandi desideria, vitari mandare, non vero principe instituto iuueniles cupiditates prohibere, quomodo id plerique Patres, & vulgus interpretum, communiter acceperint. Idque aliquanto prolixius demonstrare conatus est, adductis in eam rem compluribus scriptorum veterum locis, quibus nouam expositionem firmari credebatur posse.

III. Quamquam autem, quantum in nostra situm est manu, utriusque scriptoris auctoritatem ac famam fartam testam seruari volumus, nec improbamus scopum & propositum, quo uterque nouiter hunc locum interpretari conatus est; tamen non videmus quidquam, cur a recepto illius sensu

rece-

recedendum sit. Neque enim, quod sine cuiusquam injuria dictum velim, vlla ratione valida recens interpretatio nititur, & plura suadent, vt eam, quæ hæcenus obtinuit, tueamur. Ac initio quidem possem vrgere consensum veterum juxta ac recentium Interpretum, qui ad vnum omnes de juvenilibus concupiscentiis verba hæc acceperunt. Ab horum enim sententia, nisi graues causæ subsint, recedendum temere non est. Sed hoc argumento nunc quidem vti nolo; cum negari nequeat, subinde occurrere interpretationes Scripturæ, plerisque Interpretum traditas, quæ si scriptura penitus inspiciatur, ferri non possunt. Ac priscos, quidem Ecclesiæ doctores manifestum est sæpe ignorantia linguarum, & securitate sequendi, velut agmine facto, a vero Scripturæ sensu, præsertim in iis quæ non ad fidei dogmata, sed ad historiam, philologiam, ac philosophiam, vel etiam ad mores externos pertinent, aberrasse. Quod dudum a grauisimis aliquot Theologis ostensum est, nec negare audent, qui vel maxime auctoritatem Patrum, quos vocamus, extollunt. Hodie vero quot loca Scripturæ, nemine orthodoxorum improbante, immo laudantibus plerisque, secus quam ante solebant, exponuntur! Et merito quidem, si nouæ interpretationes textui atque analogiæ fidei magis, quam quæ receptæ sunt, consentaneæ esse deprehenduntur. Quis enim non præferat expositionem genio Scripturæ & indoli linguarum congruentem, etsi opinione intermediorum sæculorum nouam, his omnibus aduersæ, ac solo consensu plurium se tuenti?

IV. Quare, vt dixi, nunc nolo ad consensum Interpretum prouocare. Cujus tum demum habebitur ratio, cum ostensum erit, vulgarem interpretationem niti Scripturæ consuetudine, vsu sacrorum profanorumque Scriptorum, & proposito Apostoli; contra, eam quæ nuper admodum excogitata est, non solum nulli horum inniti, sed præterea aduersa fronte pugnare. Sed neque de Syro interprete dicam, sane, si viris doctis credimus, vetustissimo, & magnæ alioquin auctoritatis, qui non parum sententiam nostram

4 EXERCITATIO PHILOLOGICA
junare videtur. Sic enim verba Apostoli transtulit:

من حرام قى يلا لى حى

Ab omnibus concupiscentiis juuentutis fuge. Atqui للا

nusquam aliud in vniuerso Nouo Federe, quam pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, hoc est, quamcunque aetatem minorem, designat. Respondetque Graeco νεότης Matthæi xix, 20. Marci x, 20. Luca xviii, 21. Actuum xxvi, 4. I Timoth. iv,

12. Sicut integra phrasi للا exprimuntur Graeca παιδιότης Marci ix, 21. ἀδολοβία I Tim. iii, 15. & altera

للا τὰ ἔμπις I Corinth. xiii, 11. Sed

hujus interpretis vix erit major auctoritas, quam reliquorum in eundem sensum conspirantium. Idem dictum volo de Interprete Æthiopico, & Arabico tam Erpeniano, quam altero, quem Biblia Anglicana polyglotta exhibent: qui omnes vulgatam interpretationem confirmant. Æthiops enim verba

Pauli sic transtulit: Ἔφυγε τὴν ἐπιθυμίαν τῆς νεότητος. hoc est, *Fuge concupiscentiam juuentutis.* Nam postremam vocem

juuentutem siue iuuenilem aetatem designare, constat e Psalm. xlii, 4. cii, 5. cxlii, 13. &c. Arabs Anglicanus: الشهوات الشبابية اهرب منها

Cupiditates juuentutis fuge. Erpenianus vero: اهرب من جميع شهوات الصبي *Fuge ab omnibus cupiditatibus adolescentiae.*

CAPVT SECVNDVM.

Primariatio pro recepta expositione verborum Apostoli. Vox ἰθυμία quot modis usurpetur in N. T. Quibus formulis objecta ἰθυμιῶν soleant aut non soleant designari. Descriptionem vocis ἰθυμιῶν, eo loquendi modo, quo Paulus heic usus est, additam, nunquam solum objectum, semper subiectum denotare.

tare. Ἐπιθυμία σαρκική, κοσμική, σαρκός; itemque Pharisaeorum σωματική & ψυχική; Stoicorum Φυσική & ψυχική. *Ἰ. 2. σ. Δ. 2. 2.* Σάξ pro natura hominis corrupta. Caro & Corpus promiscue in sacris literis usurpata. Κόσμος pro impiis. I Petri II, 11. & Tit. II, 12. illustrantur. Josephi locus emendatus & integra periodo auclm.

Igitur ut a consuetudine sacrarum litterarum incipiamus, non parum iuvat receptam interpretationem, quod Ἐπιθυμία in Noui Federis libris, eo quidem loquendi genere, quo Apostolus heic usus est, nusquam a solo objecto, ut Scholæ loqui amant, ubique vero a Subiecto & Causa denominantur. Quod ut ostendamus, res paullo altius repetenda est. Vox Ἐπιθυμίας in Nouo Federe vel absolute usurpatur, vel cum descriptione aliqua adnexa. Absolute vel in bonam partem, cum Christus per Ebraismum * ait se Ἐπιθυμία Ἐπιθυμῆσαι (hoc est, valde desiderasse) ut pascha cum discipulis comederet, Lucae xxii, 15: vel in malam, cum quascunque concupiscentias prauas designat, ut Rom. vii, 8. xiii, 14. I Petri iv, 3. & ii epist. i, 4. Quo sensu & verbum Ἐπιθυμῆσθαι usurpatur Rom. vii, 7. xiii, 9. Galat. v, 17. Jacobi iv, 2.

II. Descriptio addita vel objectum Ἐπιθυμιῶν indicat; vel naturam, qualitatem, effectumque; vel denique subiectum, cui insunt, & causam, a qua proficiuntur. OBJECTVM denotatur præpositione πρὸς vel εἰς. Sic Marci iv, 19: αἱ μερμηναὶ & αἰῶν & τὰ τέρα, καὶ ἡ ἀπάτη & πλῆρες, καὶ αἱ πρὸς τὰ λοιπὰ Ἐπιθυμίας εἰσορῶμεθα συμπνίγασθαι τὸν λόγον. Sic Paulus Philipp. i, 23. ait se Ἐπιθυμίαν ἔχειν εἰς τὸ ἀναλῦσαι. NATVRA vel EFFECTVS ant QUALITAS duobus modis indicatur. Primo per Nomen Adiectiuum aut Participium. Sic legimus Ἐπιθυμίας κακῶς, Coloss. iii, 5; συλλαβῆσαν τὴν ἀμαρτίαν, Jacobi i, 15; Ἐπιθυμίας ἀνοήτους & βλαβεροῦς, I Timoth. vi, 9; πικίλας, II Tim. iii, 6. & Tit. iii, 3. Deinde Substantiuo, siue gignendi casu, vel, ut Grammatici loquuntur, in regimine posito; quomodo Paulus Ephes. iv, 22. Ἐπιθυμίας ἀπάτης, id est, concupiscentias secundum

ducentes; Petrus II epist. II, 10. *ἰπιθυμίας μiasμῶ*, hoc est immundas, dixit: siue præpositioni juncto; quâ ratione ad τῶς *πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ἰπιθυμίας* reverti suos, vetat idem Petrus I epist. I, 14. Nisi malis hoc exemplum referre inter ea, in quibus vox *ἰπιθυμίας* absolute usurpatur, ita ut illa, *ἐν τῇ ἀγνοίᾳ*, ad vocem *πρότερον* pertineant, ac non tam naturam cupiditatum, quam tempus & statum τῶν *ἰπιθυμῶν*, designent. Quod nobis congruentius videretur.

III. Denique SYBIECTVM & CAYSSA similiter Genitio Nominis Substantiivi, aut Adjectiivo in Casu recto posito, indicatur. Ad priorem classem pertinent *ἐπιθυμίας* & *παρῆς* impiorum, hoc est, Diaboli, Joannis VIII, 44. τῶν καρδιῶν. Rom. I, 24; *ἔθνη τῶν σώματων*, Rom. VI, 12; *σαρκός*. Gal. V, 26. Ephes. II, 3, II Petri II, 18; τῆς σαρκός, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, I Joann. II, 16; ἀνθρώπων, I Petri IV, 2; κόσμος, I Joann. II, 17. (sunt enim eadem, quas commate 16. τῆς σαρκός καὶ τῶν ὀφθαλμῶν dixit:) ἀσεβῶν, Judæ commate 16; τῆς ψυχῆς, Apocal. XVIII, 14. Ad posteriorem, *κοσμικῆς*, Tit. II, 12; *σαρκικῆς*, I Pet. II, 12; & de quibus in præsentī controuersatur, *νεωτερικῆς*. Quibus addi possunt, quæ vocantur *ἰδίας*, vel eorum qui tentantur, Jacobi I, 14; vel improborum & emperatarum, qui nouissimis temporibus futuri dicuntur, II Tim. IV, 3. II Petri III, 3. Judæ comm. 18. Quæ duo posteriora loca simul ad præcedentem classē reuocari possunt, quia additur pronomen αὐτῶν vel ἑαυτῶν.

IV. Præter hæc loca, quæ hætenus adduximus, nusquam, quod sciam, vox *ἐπιθυμία* in Nouo Federe legitur. Jam, ut ista proposito nostro accommodemus, tria hinc elicimus. Primum est; *Nusquam nomine Adjectiivo designari solum Objectum ἐπιθυμῶν; semper autem subiectum earum aut naturam vel qualitatem indicari.* Quod constat inductione locorum omnium, quibus voci *ἐπιθυμία* nomen Adjectiivum additur. Sunt autem sequentia: Jacob. I, 14. II Tim. IV, 3. II Petri III, 3. Judæ 18. Tit. II, 12. I Petri II, 1. Coloss. III, 5. I Tim. VI, 9. II Tim. III, 6. Tit. III, 3. Alterum est: *Quotiens Objectum indicandum est,*

est, rem circumscribi nomine substantiuo Objectum significante, cum
 præpositione iuncto: vt liquet e Marci iv, 19. & Philipp. i, 23. Si
 scilicet Nomen ἐπιθυμία, de quo heic sermo est, denotandæ
 cupidini adhibetur. Alias enim & verbo ἐπιθυμῶν sæpe ad-
 jungitur Nomen Objectum designans; vt Matth. v, 28. Lucæ
 xvii, 22. cap. xxii, 15. Actor. xx, 33. 1 Corinth. x, 6. (vbi ὑπὸ
 κούφῃ supplenda vox κακῶν) 1 Timoth. iii, 11. Aut etiam ver-
 bum rem cupitam denotans; vt Matth. xiiii, 17. Lucæ xv, 16.
 cap. xvi, 21. xxii, 15. Hebr. vi, 11. 1 Petr. i, 12. Apocal. ix, 6.
 Est & vbi Nomini verbali Objectum additur. Sic 1 Corinth.
 x, 6: τὰ ὑδῶν ἢ ἐπιθυμῶν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν.

V. Tertium eorum, quæ ex dictis elicimus, hoc est; *V-
 biq̄ue Subjectum, vix ullibi Objectum notari, cum voci ἐπιθυμία
 jungitur nomen in uos terminatum, ex eo genere, quod Grammatici
 Denominatiua, vel etiam Possessiva, vocant.* Videamus loca ipsa.
 1 Petri ii, 11: ὡφρακαλῶ ὡς παρσίους, καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθαι
 τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἰσίνες σεαυτῶν καὶ τῆς ψυχῆς. Heic
 σαρκικὰ ἐπιθυμία non tam sunt, quæ circa carnem versantur,
 quam quæ carnis sunt, & à carne proueniunt. Syrus reddidit

ἰσχυρὰ ἐπιθυμῶν, concupiscentias corporis. Non ac
 si σὰρξ hoc loco corpus notet, ac τῆ ψυχῆ, vt est altera pars es-
 sentialis totius hominis, opponatur: (nam vti ψυχῆς nomine
 intelligitur homo interior, seu pars hominis regenerata, sic
 σὰρξ accipienda est de natura hominis corrupta, & in pecca-
 tum procliui; quo sensu etiam Rom. viii, 1. & seqq. Cap. xiii,
 14. Coloss. ii, 18. 11 Corinth. x, 3. Galat. ii, 20. & iis locis, quæ
 mox adlegabimus, vsurpatur; ac modo ψυχῆ, modo πνεύματι
 opponitur;) sed quoniam Caro & Corpus, σὰρξ & σῶμα in sacris
 litteris permisceri solent. De quo vide Psal. xvi, 9. Actor.
 ii, 26. 30. 31. Psal. xxxviii, 4. Gal. v, 24. Rom. vii, 24. 1 Cor. xv,
 39. (collatum cum Lucæ xxii, 19.) 11 Cor. vii, 1. & Græcos in-
 terpretes vulgatos Sophoniæ i, 17. Ezech. x, 12. Leuit. x, 10. xiv,
 xiv, 10. xv, 2. 3. 13. 16. xvi, 4. 24, 26. & alibi sæpius. Quemad-
 modum & profani scriptores voce σὰρξ de toto corpore vtun-
 tur;

5

4

43

tur; vt ex Arriano, Metrodoro, Diogene Laërtio, & Euripide recte, etiam Jo. Vorstii * iudicio, ostendit Pfochenius in Diatribe de N. T. puritate sectione lvi.

* Philolog.
sacr. cap. 4.
p. 126.

VI. Bene vero Syrus, quod de Subjecto, non de Objecto, verba Apostoli accepit, hoc est, de cupiditatibus, quæ a natura peccato infecta oriuntur, quasque idem Apostolus Gal. v. 19. ἔργα τῆς σαρκὸς; Diuus autem Jacobus cap. ii. 14. ἐπιθυμίας ἰδίας & συλαβέσπυς καὶ πικρίας ἀμαρτιῶν appellauit. Certe quin eadem sint ἐπιθυμίας σαρκικῆς, & quas Paullus ac Petrus ἐπιθυμίας σαρκὸς vocant Ephes. ii. 13. Gal. v. 16. ii Pet. ii. 18, Joannes vero i epist. cap. ii. 16, plenius ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, dubitari nequit. Atqui illæ sunt, quibus σαρεξ ἐπιθυμεῖ καὶ ἔπιθυματ, Gal. v. 17. (quod Petrus h. l. dixit σφατθεσθ καὶ τῆς ψυχῆς) & juxta quas facimus θελήματα σαρκὸς, Ephes. ii. 3. Quas descriptiones non ad Objectum, sed ad Subjectum & principium ἐπιθυμιῶν pertinere, manifestum est. Similiter, vt apud Joannem concupiscentia oculorum non sunt, quæ circa oculos occupantur, aut oculos pro objecto habent; sed quæ ab oculis proueniunt, & per oculos sese exserunt: ita, quæ cum illis coniunguntur, concupiscentia carnis non aliæ erunt quam quæ a carne oriuntur. Jam hæ sunt eadem cum iis, quas Petrus σαρκικὰς dixit. Tales igitur & illæ erunt, hoc est, a subjecto & principio suo denominatæ.

VII. Eodem modo Tit. ii. 12. κοσμικαὶ ἐπιθυμίας non tam dicuntur, quæ circa mundum & mundana occupatæ sunt, quam quæ mundo, h. e. impiis & incredulis, sunt vsitatæ. Hos enim quandoque κόσμος appellatione insigniri, apparet e Joann. xv. 18. xvii. 9. Ebr. xi. 7. i Joann. iii. 1. 13. 17. iv. 4. 5. Quare & cum ἀσεβεία τανδανὰς cupiditates conjunxit Apostolus. Jubet enim Cretenses suos ἀνήσυχον τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας.

IX. Apud Phariseos quoque, in quorum schola Paullus * educatus erat, quorumque aliquando Apostolus & quaestorius fuerat, eadem ratio denominandi ἐπιθυμίας videtur obtinuisse. Nam Josephus, eorum placitis, vt ipse in vita sua

* Vid. Actor.
XXIII, 6.
XXV, 1, 5.
Phil. 111, 6.

† testa-

† testatur, addictus, *σωματικὰς & ψυχικὰς ἐπιθυμίας* dixit, non † pag. 999o
 quæ circa corpus & animam versantur, sed quæ a corpore & *edit. Genes.*
 ab anima proueniunt. Locus est libro *περὶ λογισμῶν ἀντοκρά-* *de d. 1634.*
τορ ⊙, seu (vt vulgo appellatur) *de Maccabaïs*; quem recitabi-
 mus, vt in membranis veteribus, e quibus aliquando, Deo
 volente, totum librum infinitis locis auctiorem & emendati-
 orem daturi sumus, longe correctior, & integra periodo au-
 ctior, quam in editis habetur. Sic ergo haud longe à principio
 legimus: *Σωφροσύνη * δὴ πίνων ἐστὶν ἐπικρατεία τῶν ἐπιθυμιῶν.* * Vulgo:
 δέτοι.
 Τῶν ἢ ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν εἰσι ψυχικῆ, αἱ ἢ σωματικῆ, καὶ τῶν
 ἀμφοτέρων ἐπικρατεῖν φαίνεται ὁ λογισμὸς. (επεὶ ποθεν κινῆμενοι *Inclusa ab-*
 πρὸς τὰς ἀπειρημίας τροφὰς δόξαρεφόμεθα τὰς ἐξ αὐτῶν ἡδονάς; *sunt ab edit-*
 εἰ ὅτι διώαται τῶν ὀρέξεων ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς;) ἐγὼ μὲν οἶ-
 μαι. *παραρουῶ ἐνύδρων ἐπιθυμίαι, καὶ ὀρέων, καὶ πετραπίδων, καὶ*
παντίων βρωμάτων, τῶν ἀπηροφιδίων ἡμῖν κατὰ τὸ νόμον, ἀπε-
χόμεθα διὰ τὴν τῶν λογισμῶν ἐπικρατεῖαν; ἀνέχεται γὰρ τὰ τῶν
ὀρέξεων πάθη ὑπὸ τῆς σωφροσύνης ἀνακοπήμεθα, καὶ φημῖνται † Editi:
πάντα τὰ ἐσώματα κινήματα ὑπὸ τῆς λογισμῶν. Καὶ τὴ θαναμα- *σώφ. ἀνα-*
σόν, εἰ αἱ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίας πρὸς τὴν τῆς κάλλους μετασίαν ἀκυ- *καμπῆ. vel:*
ρῶνται; Equibus manifestum est, etiam Phariseis ἐπιθυμίας *σώφ. νοός*
 a Subiecto, non ab Objecto denominari consueuisse. Nam *ἀνακαμπῆ.*
 quas Josephus initio *ψυχικὰς ἐπιθυμίας* dixerat, sub finem τὰς
 τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίας; & quas ante *σωματικὰς ἐπιθυμίας*, in po-
 stremis τὰ ἐσώματα κινήματα vocat, earumque objecta non
 alia, quam quæ solum corpus adficiunt, hoc est, cibos veti-
 tos, adducit. Quemadmodum & in sequentibus *ψυχικῶν ἐ-*
πιθυμιῶν ejuscemodi exempla recenset, quibus animus tantum
 delectatur, puta *Φιλαργίαν, κενοδοξίαν, βασκανίαν, ἀλαζονίαν,* &
 similes cupiditates alias.

IX. Denique & apud profanos Scriptores, Stoicos im-
 primis (quorum seclæ Pharisæismus, eodem Josepho * teste, * *in vita sua*
ὡραπλήσι ἐστὶν) ἐπιθυμίας *ψυχικῆς* appellantur, quæ ab ani- *l. c.*
 ma sensu prædita, hominum puta, vel brutorum animantium;

B

Φυσι-

Φυσική, quæ ab anima plantarum, & natura sensus experite
 proueniunt. Stoici enim, vt testatur Galenus libro vi de
 dogmate Hippocratis & Platonis, solum animam sensitiuam
 & rationalem ψυχῆς nomine dignabantur; Vegetatiuam ve-
 ro, Aristoteli τὸ θεπλικόν dictam, appellabant φύσιν & δυνά-
 μιν φυσικὴν. Porphyrius & τὸ φυσικόν dixit.

† *bid. Salmaf.*
Comm. in
Simplicium
 pag. 122, 133.
 447.

X. Quæ cum ita sint, quidni de cupiditatibus iuuenum
 ac adolescentum, siue à iuuentute proficisci solitis, verba
 Apostoli exponamus? Vt fere eum in modum dixerit νεώτε-
 ραῖς ἐπιθυμίας, quo Aristoteles vii Ethic. Nicomach. cap. iv
 vocauit νεανικῶ ἐπιθυμίαν, quæ abrepti quidam immoderatas
 voluptates sectantur; hoc est, non eam qua feruntur in iuue-
 nes, sed vehementem, quales iuuenum adfectus esse solent.
 Hoc enim magis congruit Scripturæ pariter ac profanorum
 Scriptorum consuetudini, vt liquet ex iis quæ attulimus,
 quam si propensionem in res nouas intelligamus. Sic enim
 ab Objecto, non a Subiecto, denominarentur. Atqui ostendimus
 supra*, hac loquendi ratione semper Subiectum potius,
 quam Objectum ἐπιθυμιῶν indicari. Si Paullus voluisset
 designare objectum, dixisset; Φεῦγε τὰς ὡς τὰ νεώτερα, vel τὰς
 εἰς τὰ νεώτερα, vel τῶν νεώτερον ἐπιθυμίας; aut etiam: Μὴ ἐπιθυ-
 μησον νεώτερον; aut denique: Μὴ ἠρέδω ἐπιθυμητῆς τῶν νεώτερον.
 His enim loquendi modis solent Objecta cupiditatum in No-
 ui instrumenti libris describi, vt f diximus. At nullo isto-
 rum modorum vsus est, sed tali, quo magis Subiectum, quam
 Objectum, innui solet. Itaque magis Subiectum, quam Ob-
 jectum, designare voluisse videtur. Ergo neque nos decet a
 recepto verborum sensu recedere, ac pro illo, qui Scripturæ
 consuetudini congruit, substituere alium, a genio sacrarum
 litterarum diuersum ὅπερ ἔδει δείξαι.

* s. 3. 4. 5
 seqq.

† s. 4.

CAPVT TERTIVM.

*Alio argumento vulgata interpretatio loci Paullini firmatur. Νεώτε-
 ρε nusquam in N. F. notare nouum, semper juniorem. Qui-
 nare*

nam oī νεώτεροι Actor. V, 6. Juvenes mortuos efferre soliti. Suetonius explicatur. Juvenes, νεανίσκοι, pro militibus. Casauboni & Grotii sententia super loco Marci XIV, 51. rejecta. Quid o νεώτερος Luca XXII, 26. Μείζων, major pro seniori: minor pro juniori. נַרְיָעִי, תַרְיָעִי, יָעִי & תַרְיָעִי de etate. Αν νεώτεροι interdum idem ac idiotae. Laicorum appellatio antiquissima. Grotius iterum notatur. I Tim. V, 1. illustratur. Laus Joachimi Camerarii.

Adferamus nunc aliud argumentum, pariter ab usu Scripturae desumptum. Νεώτερος (vnde νεωτερισμός deductum est, ac cujus significatu, quippe primitivi respectu τῆ νεωτερισμός, de derivati acceptione, nisi grauis causa aliud requirat, judicari debet) Paulo & aliis Noui Federis Scriptoribus nusquam aliud, quam juueuem, juniorem, adolescentem, notat. Percurramus loca singula, in quibus repperitur, vt appareat verum esse, quod diximus. Luca xv, 11. 12: Ἄνθρωπος τις εἶχε δύο υἱούς. Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρὶ· πάτερ δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς κτήσεως. Commate sequenti: Καὶ μετ' ἑπομένων ἡμερῶν σωμαγαγῶν ἀπαντῶν ὁ νεώτερος υἱός. Ioannis XXI, 18: ὅτι ἡς νεώτερος (Petrum Dominus adloquitur) ἐζώνησες σεαυτὸν. -- ὅταν ἡ γηράσῃς, ἐκλινεῖς τὰς χεῖράς σου. I Tim. v, 1. 2: πρὸς ἐλευτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς. πρὸς ἐλευτέρους, ὡς μητέρας· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς. Comm. 9. & 11: χήρα καὶ ἀλεγεῖω μὴ ἐλατῶν ἐταῶν ἐξήκοντα. -- Νεωτέρους ἢ χήρας ὡς πατέρας. Et 14: Βάλομαι ἐν νεωτέρους γαμῖν. Tit. II, 1. 2. 6: Σὺ ἡ λάλει. -- πρὸς ἐλευτέρας νεωτέρους εἶναι. -- τὸς νεωτέρους, ὡς πάντας ὡς πατέρας ὡς πατέρας. I Pet. v, 5: Νεώτεροι ὑποτάγητε πρὸς ἐλευτέροις.

II. His omnibus locis manifestum est νεωτέρους & νεωτέρας esse vel juvenes & puellas simpliciter, vel comparatiue, qui aut quæ aliis sunt juniores. Nec aliter accepit Lucas Actor. v, 6. cum ita scribit: Αναστάντες οἱ νεώτεροι, σωῦσθε ἑαυτοὺς (Ananiam subita morte extinctum) καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν. Οἱ νεώτεροι sunt, quos comm. 10. νεανίσκους dixit, id est, juvenes.

* Tomo 1. O.
per. p. 276.
ed. Paris. de
An. 1624.

Horum namque erat componere & efferre mortuos. Pfu-
tarchus in Emilio Paulo *, ubi, quomodo elatus sit, narrat :
Ὅσοι ἐν κατὰ τόχην παρήσαν Ἰσθρῶν, καὶ Λιγύων, καὶ Μακεδόνων,
οἱ μὲν ἰσχυροὶ τὰ σώματα καὶ ΝΕΟΙ Διαλαβόντες τὸ λέγεσθαι,
ὑπέδοσαν καὶ παρεκέμιζον· οἱ δὲ πρεσβύτεροι συνηκλήθων.

* in Augusto
cap. 100.

De funere imaginario in apothecis Seueri Imperatoris du-
cto Herodianus IV capite II : Τὴν μὲν κλίνην δρεμάριοι τέτε
ἰππικῆ τάγματι ὄφρ' ἔμεται, καὶ τῆς συγκλήτης ἐπίλεκτοι ΝΕΑ-
ΝΙΑΙ, κατακεμίζουσι Διὰ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν
περιήλασιν. Sic quoque capio Suetonium *, de Augusto mo-
rituro ita scribentem : *Vnum omnino ante efflatam animam si-
gnum alienata mentis ostendit, quod subito pauescens, a quadra-
ginta *VEENIBVS* se abripi, questus est.* Nempe mortuum se
efferrī, imaginabatur. Unde idem Suetonius mox subicit,
*id magis praesagium, quam mentis deminutionem fuisse : siquidem
totidem milites pratoriani extulerint eum in publicum.* Possis
tamen apud Suetonium haud incommode milites intelligere.
Hos enim *iuuenes* dictos, dudum obseruatum doctis, inter
hos Lipsio libro I Epistolicarum quaestionum epistola I. Po-
lybius aliquoties hac ratione vsus est Graeco νεανίσκοι. Quam

* Cas. Exerc. vocem summi Viri * Isaacus Casaubonus, ac Hugo Grotius,
a. adu. Baron. & Marci XIV, 51. hoc sensu exponendam esse censebant, quod
selt. 34. & Ex. illi articulus ei praeponeatur. Sed recte animaduertit magnus
26. f. 65. Grot. Gerhardus noster ὀμακαρτης †, commodius intelligi ado-
Annot. ad. lescentulos, qui cohortem militarem ex vrbe promiscue se-
Euang. pag. ctari fuerant. Neque officere Articulus debet, qui etiam
183. hoc in loco Actuum Apostolicorum additur; nec tamen
† Harmon. quisquam, quod sciam, certum genus hominum, aut certum
Pass. c. 4. p. ordinem, heic commentus est. Videntur enim iuuenes pro-
189. edit. miscue adstantes intelligi. Sed etsi ponamus, apud Lucam
Jan. A. 1617. νεώτερος effecertum hominum genus, siue milites illi sint, siue
ministri, tamen illud concedi debet, *νομος* non designari.

III. Superest locus Lucae xxii, 26. quo Euthymius, eum-
que sequenti viri doctissimi magno numero, νεώτερον exponunt

μηδ-

minimum, infimum, postremum; nemo tamen novum vel recentiorum. Verba Servatoris, discipulos ad humilitatem hortantis. hæc sunt: *Ὁ μείζων ἐν ὑμῖν ἡρέστω ὡς ὁ νεώτερος*. Equidem haud negarim, convenire proposito Domini, si infimum designari hac voce dicamus; sed dubito, an id consuetudini Scripturæ N. T. congruat, in qua non alibi hac significatione occurrit. Nec video, cur relinquenda sit propria, & sacris Novi Federis scriptoribus usitata, vocis acceptio. Quid vetat de ætate accipere, ut *ὁ νεώτερος* idem sit, quod *junior*? Non certe, quod *τῷ μείζονι*, quo heic *digniorum, primum, maximum* designari volunt, opponitur. Nam etiam hoc de ætate licet accipere, ut in illo Rom. ix, 12: *Ὁ μείζων δὲ λέγει τῷ ἐλάττωι*. Quod recte vertas: *Major natu serviet juniori*. De Esau enim primogenito, & Jacobo natu minore, Apostolus loquitur. Et passim seniores sacris profanisque scriptoribus vocari *μεγάλους & μείζονας*, nôrunt, qui primis saltem labris Græcas litteras attigere. Quomodo & Latinis *maiores minoresque* dicuntur, qui ætate distant. Plautus Truculento *:

— *Nunquam a depol mihi*

*Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum credit,
Ni ista ego vestro hero majori facta denarravero.*

Hero majori, id est seniori, patri. Priscianus libro viii f, quit pag. 1180. est de constructione: *Αἰτί (dicunt) ἐλάττων πῖσον καὶ τόσοις*. edit. Putsch. Similiter nos: *MINOR TOT ANNOS.* Nam *MINOR TRIGINTA ANNORVM* cum dicimus, ad genitivum deest *ILLO QUI EST TRIGINTA ANNORVM*, ἡτῶν τὰς τριάκοντα ἐτῶν, & similia. Horatius *MAIOR NERONVM* dixit in IV Carminum:

De, icit acer plus vice simplicis

Major Neronum.

Subaudiendum enim est, ÆTATE. Idem *MINOR FRATRVM* dixit pro, *unus fratrum qui minor est.* Beda de Orthographia *:
Solent junior & senior ad se inuicem dici MINOR & MAIOR. Ut Plautus pro patre herum majorem dixit, sic Augustinus ix Confessionum capite ix, numero v, filiam vocavit *dominam minorem.* Illa irata (de ancilla loquitur) *exagitare cepit minorem*

dominam. Et paullo ante: *Ancilla litigans cum domina minore.* Quod si maxime $\mu\epsilon\iota\zeta\omega\nu$ apud Lucam idem esse velis, ac dignior, (quomodo & comm. xxiv & xxvii accipitur) nihilo tamen secius $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$ potest esse junior. Vt indicetur, etiam dignitate superiorem sese vt juniorum aliquem gerere debere.

IV. Qui apud Lucam $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$ *viliorem, inferiorem* esse volunt, Syrum quoque interpretem adlegant, a quo Græca vox Syriaco ܐܝܢܘܨܝܢܐ expressa est: quod illi exponunt *minimum, infimum, vilissimum.* Sed frustra. Nam quandoque & de ætate vsurpatur. Respondet enim Græco $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$ loco modo laudato, Rom. ix, 12: vbi Syrus: ܐܝܢܘܨܝܢܐ ܕܝܢܘܨܝܢܐ

ܕܝܢܘܨܝܢܐ *Dictum est enim, quod senior eris*

seruus minori. ܐܝܢܘܨܝܢܐ hoc est *juniori*, Jacobo scilicet.

Item Lucae xv, 12. & 13, vbi de prodigo filio juniore agitur. Interdum & $\tau\omicron\varsigma$ *Mixeγς*, cum ætatem designat. Vt Matth. xviii, 6. 10. Ibi enim $\mu\iota\kappa\epsilon\gamma\varsigma$ notare pueros, e commate 5. videtur colligi. Et Marci xv, 40. Nam Jacobus iste dictus est *minor*, quia junior. Sed & Chaldæis, affini Syris dialecto, ܐܝܢܘܨܝܢܐ & ܐܝܢܘܨܝܢܐ frequentissime pueritiam, adolescentiam, iuuentutem notant. Exempla habes in Targumis II Sam. xix, 7. Jerem. iii, 25. xxxii, 21. xxxii, 30. xliix, 10. Denique cognatum Ebræorum (affines enim sunt literæ י & ז , sæpeque permutantur) ܐܝܢܘܨܝܢܐ cum feminino suo ܐܝܢܘܨܝܢܐ *junio*rem designant Genes. xix, 31. 34. 35. 38. cap. xxix, 26. xliii, 32. xliix, 14. I Regum xvi, 34. Iobi xxxii, 6. Psalmo lxxviii, 29. Nil ergo juuat Syrus, quibus apud Lucam $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$ *dignitate minorem seu inferiorem* notare videtur.

* Annot. in
libb. Euang.
p. 811.

V. Nec magis officere debent, quæ ad eum locum vir summus Hugo Grotius commentatus est. *Sicut presbyteri, inquit*, vocantur qui Ecclesie præsunt, ita $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$, qui sunt $\nu\sigma\omega\tau\epsilon\gamma\gamma$*

ζει ιδιωτῶν. *Act. V, 6: ἀναστάντες οἱ νεώτεροι. I Tim. V, 1: πρεσβυ-
 τέρῳ μὴ ὑπὸ πλῆξης, ἀλλὰ ὡς πατέρῳ νεώτερος ὡς ἀδελ-
 φός. Vult ergo Christus praepositus Ecclesis nihil splendoris aut
 commodi sibi praecipuum super ceteros adsumere. Non inficior,
 prohiberi eo loco superbiam & dominationem Apostolo-
 rum, quique his successuri erant, ministrorum Ecclesiae. Imo
 his ipsis verbis, de quibus agimus, vetari ajo. Nam cum ju-
 niorum sit, ut ille ait, majores natu vereri; sane qui cum sit
 senior, jubetur ut junior fieri, hoc ipso jubetur reuereri po-
 tius alios, quam iisdem cum imperio praesse. Illud nego,
 μείζονα heic praecise & immediate notare digniorem, νεώτερον υί-
 liorem & minoris existimationis. Recte Lutherus: **Der
 Größeste unter euch soll seyn wie der Jüngste.** Erant
 haud dubie inter Apostolos, cum contentio oboriretur, qui
 putarent sibi, ob aetatem grandiore, praerogatiuam deberi,
 atque aequum esse, ut primatus in futuro Christi regno (quod
 politicum fore existimabant) illis praeceteris deferatur.
 Quod adeo fieri non debere Dominus innuit, ut etiam, tam-
 quam juniores essent, venerari debeant eos, quos annis ante-
 cellerent. Loca, quae Grotius adduxit, nequaquam euincunt,
 νεώτερος vllibi in Nouo Federe esse *idiotas*, vel, ut inde a pri-
 mordiis Ecclesiae Christianae * vocari solent, *laicos*. Nam *Act.*
v. 6 commode intelligi *iuuenes*, apparet ex iis, quae paullo an-
 te diximus. *II Tim. v, 1.* non magis dignitate & ordine distin-
 guuntur νεώτεροι & πρεσβύτεροι, quam sequenti commate πρεσ-
 βύτεροι & νεώτεροι, ac *comm. 9. & 11. χήρα μὴ ἑλαττον ἐτῶν ἐξή-
 κοντα, & χήρα νεώτερα*: quae non sunt aliae intelligendae, quam
 aetate majores minoresque. Quod etiam ipse Grotius alibi
 factus est. Sic enim, tanquam sui oblitus, ad ea verba com-
 mentatur *: *Vox πρεσβύτερος hic de aetate sumenda est, non de fun-
 ctione: monstrant id sequentia.* Et paullo post, ad comma pro-
 ximum: *Vult idem discrimen aetatis in feminis obseruari.* Ac ita
 Gracos quoque illa Paulli verba interpretari, pridem adno-
 tauit ingens patriae meae, totiusque Germaniae decus, Joachi-
 mus Camerarius, in Notatione figurarum orationis & muta-*

* *vid. Clemen-
 tis epist. ad
 Corinth. p. 53.
 ed. Oxon.*

* *Annotat,
 ad N. T. tom.
 2. pag. 72.*

tae simplicis elocutionis in Apostolicis scriptis †, ante hos an-
 † pag. 1552. nos LXXXIIX Lipsiæ publicata : quem libellum optandum ef-
 fet, vna cum aliis doctissimi prudentissimique viri scriptis,
 denuo excudi, vt a pluribus sacrarum litterarum studiosis
 comparari legique possint.

CAPVT QVARTVM.

*Etiã in Græca vulgata V. T. versione vocem νεώτερος vix vn-
 quam nouum, sed vbique juniorem, aut junioribus simi-
 lem, designare. Vtrum septuagintanalis Bibliorum versio
 hodie supersit. Varia super ea questione doctorum sententiæ.
 Quibus Ebraorum vocabulis vox νεώτερος in Græca versione
 respondeat. Quomodo Roboamus I Chronic. XIII, 7. dicatur
 νεώτερος. Νεώτεροι, κομιδὴ νεοί, iuuenes, de viris & adultio-
 ri etate. Νεώτερος quandoque non nisi comparatiuum esse, ac
 de proeclioribus quoque dici: quemadmodum & Latinum ju-
 nior. Iobi XXIV, 5. explicatur, & Græca ejus loci versio emen-
 datur. An ὤν aliquando iuuenem designet. Theodotion,
 & quinta ac sexta Bibliorum editiones notantur. Græcorum
 Interpretum fragmenta quedam nondum edita indicantur.
 Baruchi III, 12. illustratur, & Hugo Grotius refellitur. Con-
 clusio e dictis hoc & precedenti capite.*

ID ergo manifestum est, in toto Noui Federis Codice vocem
 νεώτερος semper ætatem, nunquam certe nouitatem desi-
 gnare. Quod sufficere poterat, vt inde verissimiliter con-
 cluderemus, non aliter & τὸ νεώτερος, quod ab ea deriuatur,
 accipi debere. Addamus tamen, ὡς ἐκ παλαιῶν, etiam Græcos
 Veteris Instrumenti interpretes vulgatos (quorum dictionem
 stylo N. T. non admodum dissimilem esse, dudum summi viri
 obseruarunt) ferme eodem significatu hac voce vti. Vulgatos
 autem Interpretes voco, quorum versio vulgo sub nomine τῶν
 ἑβδομήκοντα in editis manue exaratis Codicibus circumfer-
 tur. Rectene, an secus, nondum inter eruditos conuenit.
 Nam

Nam Jacobus Vsferius, vir doctus & grauis in primis, minimeque partium studiis deditus, adeo non existimabat, eam qua hodie hunc titulum præfert, pro genuina τὸν ὀ versione habendam esse, vt etiam affirmaret, *Interpretationem diuina legis, quam LXXII viri e Iudeis selecti rogatu Ptolemæi Philadelphi adornasse dicuntur, semper in Alexandrina eiusdem Regis bibliotheca delituisse, eaque incendio consumpta, & ipsam periisse: illam vero totius Ebræi Codicis translationem, que a Iustino Martyre, Origene, Hieronymo, Augustino, Patrumque aliis, pro LXX uirali est habita, hodieque, sed valde corrupta, superest, paullo post tempora Philadelphi, inter annum IV Philometoris & XXXIIX Euergetæ, in Ægypto a nescio a quibus confectam, & mox a Iudeis Hellenistis in Ægypto & alibi receptam, inde cum Græcis ad Christi fidem conuersis communicatam, denique in LXX uiralis nomen irrepisse: inque duas editiones, quarum altera sincera τὸν ὀ habita, altera κοινὴ appellata sit, abuisse, &c.* Vide eruditi syntagmatis ejus de Græca LXX Interpretum versione, abhinc quinquennio in Angliâ publicati, capita priora iv. Sed & alii doctissimi grauisimiq; viri, etsi cum Vsferio non faciant, (cujus coniecturam vt non parum verisimilem tantum, sed etiam impossibilem, nec fortassis immerito, rejiciunt Brianus Waltonus, vir, ob procuratam editionem Bibliorum Polyglottorum, æterna memoria dignus, prolegom. ix in Biblia polyglotta, numero xix ac seqq. & If. Vossius in præfatione Castigationum ad scriptum Geor. Hornii de ætate mundi:) contendunt tamen, Versionem Græcam hodie superstitem (etiam Pentateuchi, quam solam iussu Ptolemæi conuersam esse, plerique censent:) aut non esse genuinam τὸν ὀ, aut, si est, in omnibus Codicibus, qui quidem hucusque nobis innotuerunt, cum editis, tum manuscriptis, etiam Romano & Alexandrino, (quorum textum, multo, quam reliquorum codicum, puriorem, Biblia polyglotta Anglicana exhibent) admistione versionum aliarum, omissione obeliscorum, aliarumque notarum ab Origene adpositarum, malitia hæreticorum ac Judæorum, audacia correctorum & negligentia librariorum, sic vbique luxatam, interpolatam

C

per-

per turbatam, corruptam ac immutatam esse, ut merito alia ac diuersa videri queat, nemoque hodie iudicare possit, quid in ea versione sit τὸν ὅ, quid Theodotionis aut alterius vel Interpretis vel Correctoris. Quæ sane plurimorum sententia est: e quibus nunc laudare possum Santem Pagninum cap. ix Isagoges; Rob. Bellarminum lib. II de verbo Dei cap. vi; Alph. Salmeronem Tomo I Commentar. in S. Scripturam proleg. vi; Jo. Drusium libro vi observationum cap. ix; Nic. Serarium in prolegomenis Biblic. cap. xxv II quæstione XXI; Guil. Whitakerum * Disputat. de S. Scriptura, controuersia I quæstione II capite III; Nic. Fullerum lib. III Miscellaneorum sacr. cap. xiii; Jo. Wouwerium syntagmatis de Græca & Latina Bibliorum interpretatione cap. xi & xii; If. Casaubonum Exercitatione I aduersus Baronium, sectione xcix; Jac. Bonfrerium præloquii in Pentateuchum cap. xxii sectione ix; Wilk. Schickardum in prolegom. in Bechinath Happeruschim sectione III numero II; Dan. Chamierum Tomo I Panstratiæ Catholicæ, libro xiii. capite ix & sequentibus; Andr. Riuetum Isagoges cap. x numero xxix cum seqq. & in tractatu Catholicæ orthodoxi quæstione xvi; Jac. Tirinum controuersia II de verbo Dei, numero vi; Frid. Spanhemium parte I Dubiorum Euangelic. dubio xxiii, sectione xxi; Cl. Salmasium Commentario de lingua Hellenistica parte I quæstione vi*; Jo. Henr. Hottingerum lib. I Thesauri Philologici, cap. III sect. III quæstion. XII & xv; & Dissertatione de Translationibus Bibliorum in linguas vernaculas, canone xvi; Jo. Buxtorfium F. in tractatu Lud. Cappello opposito de vera punctorum antiquitate, parte I cap. ix, & alium ejusd. Cappelli aduersarium Ez. V. (id est, Ezech. Vaillantum) in epistolis * ad Cappellum, & Dissertatiuncula, qua probare nititur, varios locos, quos Apostoli e Prophetis citant, ex Apostolorum scriptis in versionem Græcam ad verbum illatos esse, non, ut vulgo creditur, primum ab Apostolis e versione Græca prolatos: itemque Wilh. Langium lib. II de annis Christi cap. iv; Alex. Morum in causa Dei siue Exercitationibus de Scriptura

* Tous. I.
Oper. p. 280.

* p. 243. &
seqq.

* apud Capell.
in append.
Critic. sacr.
pag. 458.
Ibid. p. 491.
& 492.

ra S. parte II quæstione VI; Jo. Hoornbeck in prolegomenis
 librorum octo pro convincendis & convertendis Judæis, se-
 ctione XXI membro IV*; & qui, si merita in Ecclesias nostras, * pag. 49. 50.
 ac partim & in nos ipsos, spectes, ante reliquos nominandi
 erant, D. Jo. Gerhardum p. m. in Exegesi Loci de Scriptura
 Sacra numero Iō VII; D. Sal. Glassium p. m. libro I philolo-
 giæ sacræ, tractatu I sectione I articulo II, & sectione II, D. Jo.
 Ge. Dorscheum vindiciis ad Exodi II, 22. numero V; D. Jo.
 Hulsemannum in prælectionibus nondum editis in librum
 Concordiæ articulo I cap. VI: D. J. C. Dannhauerum Actu I
 Christeidos Theatro I Phænomeno II, & Metamorphosi II, D.
 Abr. Calouium tractatu II Critici sacri, numero CCII. Contra
 alii, sed pauciores, (nam quod nuper Waltonus * *plerosque vi* * proleg. 2.
 ros graues & doctos, qui in hac arena desudarunt, & partium studiis S. 36.
 non abrepti nudam veritatem querunt, ita sentire scripsit, id fal-
 sum esse, docent tot magna nomina, quæ modo laudauimus:)
 doctissimi tamen & ipsi; in his Pet. Galesinius in Commenta-
 rio de Bibliis Græcis Interpretum LXXII, Romæ eopse anno,
 quo Biblia Sixtina prodierunt, edito; itemque Andr. Masius
 in præfatione in notas ad librum Josuæ; Cæs. Baronius in
 Apparatu ad Annales Eccles. numero CXIX; Jo. Morinus in
 Exercitationibus Biblicis, præcipue Exercitatione IX; Ludou. Ca-
 pellus libro IV Criticæ sacræ cap. I & libro VI cap. X, tum in respon-
 sione ad epistolam priorem Ez. V. numero II, ad epistolam alteram
 numero IX & seqq. ac ad dissertatiunculam ejusdem numero III &
 seqq. denique Br. Waltonus in Dissertatione de Linguis Orienta-
 libus, sectione LXIII, & proleg. IX ad Biblia polyglotta, a num. XXXV
 ad LII vsque, non verentur adfirmare, in Editione Bibliorum Græca
 primus anno superioris sæculi LXXXVII Romæ, jussu Sixti V Papæ,
 Antonio Carafa Cardinale procurante, e Vaticano potissimum
 codice MS. excusa; dein. Jo. Morini opera, Parisiis anno cō cxxviii
 cum Latina versione Flamini Nobile; inde Londini primo seor-
 sum, postremo in augustissimo Bibliorum polyglottorum opere,
 repetita, (cum qua magnam partem consentit codex Alexandri-
 nus, cujus variæ lectiones in eodem opere subjiciuntur;) ipsis-
iam

nam τῶν ὁ versionem, qua vetustissimi Patres ipsique Apostoli vsi sunt, eamque quam fieri potest, ab omnibus mendis & irreptionibus castigatam & puram, nobis exhiberi; aut saltem non aliam aut majorem sensisse calamitatem, quam plerique melioris notæ libri & veterum scripta, aut Ebræi Veteris, Græciq; Noui Federis codices experti sunt: hoc est, tantummodo glossematis & mendis librariorum conspurcatam, neque propterea diuersam ab illa veteri dicendam esse. Idque saltem de pentateuchi versione verum esse, tam confidenter hodie adfirmat H. Vosius*, vir & ipse longe eruditissimus, vt *minime sanos sibi videri profiteatur, qui negant versionem τῶν LXX, quam Origenes tetraplis & hexaplis suis inseruit, eandem fuisse atq; nunc sit.* Immo ipsissimam nos hodie translationem illam, quæ iussu Ptolemæi facta sit, habere, pro certo adseuerat. Nostri instituti non est, heic pronuntiare, quænam ex variis quas adduximus, sententiis verior haberi debeat. Non dissimulam tamen, videri nobis iustas ac sufficientes de Translationis hujus cum ἀθεντία tum integritate dubitandi causas habiturum, qui vel codices hodiernos cum fragmentis, quæ apud veteres scriptores habentur, comparauerit, vel cum cura expenderit, quæ a doctissimis viris, quos supra laudauimus, in hanc rem scripta sunt.

II. In ea igitur Versione, (quorumcunque tandem fuerit) vt ante hos annos LXX Francofurti, opera siue Friderici Sylburgii, seu, quod alii volunt, Francisci Iunii, ad exemplum Aldinæ editionis excusa est, iis quidem in locis, quos in Concordantiis V. T. Conr. Kircherus adnotauit, νεώτερον numquam aliud, quam vel ætate minorem, vel, vt hæc ætas solet, rudem contentumque ac vilem, nullibi vero notum designat. Respondet enim Ebræis נער, נער צעיר & צעיר, semel & נער צעיר. Quæ omnia quotiens a Græcis interpretibus per νεώτερον sunt reddita, minorem annis, aut talem, quales juniores esse solent, significant. נער expressum est II Chron. xiii. 7: καὶ ῥοβοὰμ ὡς νεώτερον καὶ δειλὸς τῆ καρδία, hoc est, erat junior, & propter ætatem non satis instructam experientia, imperitus ac hæsitans, qui non auderet decernere, quomodo resistendum Ieroboamo esset. Ac agebat quidem id temporis Roboamus annum ætatis vnum & quadragesimum, vt apparet e I Reg. xiv. 21.

* loco supra
citato.

ac II Chronic. xii, 13. Nihilominus tamen recte νεώτερος sive junior dici potuit. Solent enim sacri profanique Scriptores nominibus illis, quibus vulgo adolescentiam & juventutem designamus, interdum adultam quoque ac virilem aetatem denotare. Sane Polybius Hieronem annorum xxxv, & Philippum Macedonem annum agentem trigessimum, κομιδὴ νέος, hoc est valde juvenes, appellavit. Iosephus quoque Alexandrum regem annos xxx superantem, & Davidem anno aetatis vnderigesimo cum Goliatho pugnaturum, νεώτερος vocat. De quo videndus Casaubonus Exercitatione I aduersus Baronium sectione xxxiv, & Commentario posthumo ad librum I. Polybii*. Iam si νεώτερος, imo κομιδὴ νέος, * pag. 86. ed. dici possunt, qui non ita longe absunt ab annis xli; quidni νεώτερος appellari queat, qui vix annos xi habet? Praesertim si comparatiue vox ista accipitur; quomodo saepe eam accipi, ac non absolute juvenem vel adolescentem, sed tantum alio juniorem notare, obseruo. Vt in illo Menelai apud Homerum † adloquentis † Iliad. a. Antilochum:

Ἀντίλοχ' ἔτις σεῖο νεώτερος ἄλλ' Ἀχαιῶν

Et in altero * Antilochi ad Menelaum:

Πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερος εἰμι
σεῖο ἀναξ' Μενέλαε.

* Iliad. ψ.

Sic in sacris litteris saepissime πρεσβύτερος & νεώτερος simpliciter & immediate opponuntur, ac omnem aetatem comprehendunt: ita ut νεώτερος sint quicumque non sunt senes. Quomodo & Latini interdum juniorum appellatione omnes, qui senectutem nondum attingere, comprehendunt. Vt in illo Taciti Annali I cap. III: Juniores post Aeliam victricem; etiam senes plerique inter bella ciuium nati. Quo pertinent ex iis quae superiori capite adduximus, Ioann. xxi, 18. I Tim. v, I. 2. 9. II. 14. Tit. II, 2. 6. I Pet. v, 5: ex illis vero, quae mox adferemus, Plal. cxlvii, 12. Nec aliter quam comparatiue accipitur, cum solum ordinem nascendi notat, opponiturque vel πρεσβυτέρω, ut Genes. xliii, 33. III Regum xvi, 34; vel ἀπλῶς fratrum aut sororum natu maioribus, ut Genes. xix, 31. 34. 35. 38. cap. xxix, 26. xlviii, 14. Psalmo cii, I. Certe nec vetulae fuere major filia Lothi ac Lea, neque fratres Iacobi, qui cum Ruben in Aegyptum venerant, adolescentes; & tamen illae πρεσβυτέρας, hi νεώτερος appella-

5

4

43

pellantur. Sic viduæ omnes, quæ non attigerunt annum ætatis sexagesimum, a Paulo νεώτεραι vocantur: quarum tamen multæ haud dubie annum ætatis quadragesimum egressæ erant. Vt nemini incongruum videri debeat, Roboamum xl. annos natum vocari νεώτερον. Quod si tamen absurdum alicui videbitur, sic vocari tot annos natum; saltem illud concedet, νεώτερον eo loco instar juvenis rudem, & consilii expertem, militiaeque imperitum, designare. Quod satis est adferenti, hanc vocem nunquam antiqui Federis Interpretibus nouum significare, sed semper respectum inuoluere ad iuuentutem.

III. τὼ ῥυν' respondet in sequentibus. Iobi xxiv, 5. de pauperibus (de his enim malim cum Franc. Junio ac Jo. Coccejo accipere quam de diuitibus) qui similes dicuntur onagris, ad cibum catulis suis parandum egredientibus: ἡδύνθη αὐτῶν δὲ τὸ εἰς νεώτερος; seu ut est in vetustissimo Codice Alexandrino ad Regem Angliæ missio, ἡδυνήθη ἢ αὐτῶν αὐτὸ εἰς νεώτερος. Vbi tamen pro ἡδυνήθη legendum ἡδύνθη; vt recte Patricius Junius coniecit. Theodorion reddidit: ἡδύς ἐκάστω αὐτῶν αὐτὸ εἰς νεανίσκος. Bene omnes, quantum ad posteriora commatis ejus; male quod ad priora. Nam in Ebræo est: רב רען ורען לך חם: Campus (vel solitudo) ei panis pro pueris. Hoc est, cum ipsi nil habeant quod dent catulis suis, cibus illis in campo quærendus est. Pl. xxxvi, (juxta Græcos, sed juxta Ebræos xxxvii), commate 26: Νεώτερον ἐγγρόμιον, καὶ γὰρ ἐγγέσασα. Pl. cxviii, (Ebræis cxix.) 9: Ἐν πνὶ κατορθώσει νεώτερον (Symmachus: λαμπρυνεῖ ὁ νεώτερον) τὴν ὁδόν σου. Pl. cxlviii, 12: Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρὸς εὐπρεπί μὲν νεώτερον, αἰνέτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου. Jesaia xli, 30: Πεινάσασσι νεώτεροι καὶ κοπιάσασσι νεανίσκοι. Ecclesiastæ x, 6: Οὐκ ἔστι πόλις, ἧς ὁ βασιλεύς σου νεώτερον. Ieremias 1, 6: Ἴδὲ σὺ ἐπίσταμαι λαλεῖν ὅτι νεώτερον ἐγὼ εἰμι. Et commate sequenti: Μὴ λέγῃς ὅτι νεώτερον ἐγὼ εἰμι.

IV. Denique τὼ ῥυν & feminino ῥυν in istis respondet. Gen. xix, 31: εἶπε ἡ πρεσβυτέρα πρὸς τὴν νεώτεραν. De filiabus Loti: quarum junior similiter νεώτερα vocatur comm. 34. 35. 38. Cap. xxix, 26. Laban: Οὐκ ἔστιν ἕτις ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν, δύναι τὴν νεώτεραν ἀξινή τὴν πρεσβυτέραν. Cap. xliii, 33: Ἐκάθισαν ἢ ἐναντίον αὐτῆς (Iosephi)

sephi) ὁ πρῶτος κτ' τὰ πρεσβεία αὐτῶ, καὶ ὁ νεώτερος κτ' τὴν νεώ-
 τητά αὐτῶ. De fratribus Iosephi secundum ætatem collocatis. Cap.
 XLVIII, 14. de Ephraimo: εἶπεν ἦν ὁ νεώτερος. Comm. 19. (quem
 locum omisit Kircherus) de eodem: ὁ ἀδελφὸς αὐτῶ ὁ νεώτερος
 μείζων αὐτῶ ἔσται. III Regum XVI, 34. de Achiele Hierichunta ædi-
 ficante: Ἐν τῷ Αἰθραῖν πρῶτον αὐτῶ ἐθεμελίωσεν αὐτῶ, καὶ ἐν
 τῷ Σεργῶ τῷ νεώτερω αὐτῶ ἐπέστησε τὰς θύρας αὐτῶ. Jobi XXI, 6:
 νεώτερος μὲν εἰμι τῷ γέροντι. Psal. CXVIII, (Ebr. CXIX,) 140: νεώτε-
 ρος ἐγὼ εἰμι καὶ ἐξεδενώθη. Ieremix XIV, 3: οἱ μεγίστοις αὐτῶ
 ἀπέστειλαν τὰς νεώτερας αὐτῶν ἐφ' ὕδωρ.

V. In his omnibus, vt dixi, νεώτερος numquam nouum, sed
 plerumque juniorem καθ' ἡλικίαν, siue absolute, siue comparatiue;
 semel atque iterum iuuenem καθ' ἡβήτην, hoc est, iuuenis instar ru-
 dem & contemptum, significat. Διαφέρει δὲ ἄθεν νέος τὴν ἡλικίαν,
 ἢ τὸ ἡβήτης νεαρός. ait, quantum alio sensu, Aristoteles I Ethicorum*. * c. 1. ed. Cæ-
 Etiam Theodotion hac voce sic vsus est. Nam Iobi XX, 1 quod in
 Ebræo est יָנוּב וְיָנוּב, quodque Aquila βραχίεις ταῖς ἡμέραις; Vallii, sed
 Græca vulgata, cum qua & Codex Alexandrinus consentit, male ^{juxta alios}
 transtulit ἐλάττωσι: ipse reddidit νεώτεροι ταῖς ἡμέραις. Nec alio ^{cap. 4.}
 significatu accepit idem, cum initium Psalmi primi sic transtulit.
 Τέλει ὁ νεώτερος ὡς σὸν ἀπῆλθεν ἐν βελῆ ἀλλοτριῶν. Quod et-
 iam Quinta & Sexta editiones retinuerunt. Nescio vero quid illis
 in mentem venerit, vt Ebræum וְיָנוּב per νεώτερος redderent. Ne-
 que enim memini id vel heic vel alibi sic exponi. Nisi quod duo
 exploratores in Palaestinam missi Iosua II, 1. 3. 23. cap. VI, 22. in Græ-
 ca vulgata δύο νεανίσκοι vocantur, cum in Ebræo sit יְשׁוּנָא יְנוּשׁ
 & יְשׁוּנָא יְנוּשׁ, duo Viri. Sed ibi Interpres ad sensum potius,
 quam phrasin, videtur respexisse. An alibi vel idem Theodotion,
 vel Symmachus, Aquila aut quis alius Græcorum interpretum, si-
 ue in iis reliquiis quæ in Romana, Francofurtensi, Parisiensi, & v-
 traque Londinensi editionibus, ac Fragmentis a Drusio collectis
 habentur, siue in illis quæ præterea in MSS. codicibus reperiun-
 tur (nam in his non est dubium quin multa dictorum Interpretum
 fragmenta hactenus inedita lateant; & proferemus aliquando ipsi,
 εἰ θελήσει ὁ ὑπαὶ ἡμῶν, e membranis veteribus non pauca hujus
 generis, quæ neque dictæ editiones, neque Drusius habent:) an, in-
 quam,

quam, hi alibi voce νεώτερος hoc aliove modo vsi sint, viderint quibus plus ocii est. Nobis non vacat cuncta eorum perquirere, nec fortassis operæ pretium faceremus

VI. Vñum addo; etiam in Apocryphis V. T. libris hanc vocem eodem sensu vsurpari. In Oratione Siracidæ cap. LI, 18. * Ἔπι
edit. Camer. v. 19. ὦν νεώτερος πρηνὴ πλανηθῆναι μὲν, ἐζητήσατο Φίαν. In historia Su-
edit. Hoc- scabel. v. 17. fannæ comm. 44. de puero Daniele: ὁ θεὸς ἐξήγειρε τὸ πνεῦμα τὸ
 ἁγιον παιδαγωγῶν νεωτέρων. Pl. cxi, i. (quem locum in indice Concor-
 dantiarum omisit Kircherus:) Μικρὸς ἦμιν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μὲν, καὶ
 νεώτερος ἐν τοῖς οἴκῳ πατέρων μὲν. Imo & Baruchi III, 12. (quem lo-
 cum, pariter a Kirchero neglectum, ὁ πάλιν Reinefius nobis indi-
 cavit) non necesse est aliter accipi. Verba sunt de magnatibus lo-
 quentis, quibus mortuis successerunt alii: ἡ Φανιάθησαν ἡ εἰς αἰδὸς
 κατέβησαν, ἡ ἄλλοι ἀνέστησαν ἀπὸ αὐτῶν. Νεώτεροι εἶδον Φῶς, καὶ κα-
 τέβησαν ὅτι τῆς γῆς. Ad quem locum * Hugo Grotius: Νεώτεροι,
Annot. ad V. T. Tomo 3. p. 310. inquit, videtur ad hunc sensum pertinere, ut significet, non juniores,
 sed novos reges illis successisse. Sed quæ necessitas nos adigit, ut recedamus a proprio & recepto vocis significatu? Quidni juniores esse potuere, qui successerunt; nempe filii priorum aut posterum, & fortassis illi ipsi, quos mox comm. xiii v. 8 αὐτῶν vocat, cum ait; Οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἴσθησαν ὅτι αὐτῶν πέρροθεν ἐγγενήθησαν? Et quid vetat eisdem & ἀλλοῖς esse, & juvenes atque priorum principum posteros?

VII. Sed non est cur ea cura nunc valde nos teneat, ut ex apocryphis scriptoribus testimonia congeramus. Nam ad vim ac pondus argumento nostro conciliandum satis est, si in libris Canonice, imo si in solo N. F. numquam νεωτερος designat, sed ubique juniorem aut καθ' ἡλικίαν aut καθ' ἡθῶν. Semper autem hoc sensu vsurpari, id puto manifestissimum esse ex inductione tot locorum, quæ ideirco prolixius adduximus, ut etiam illi, quibus non vacat textum sacrum euoluere, de veritate adsertionis nostræ possint statuere. Jam æquum est nos credere & præsumere, non alia significatione Paullum deriuato vsu, quam qua primitiuo ipse, aliique Scriptores sacri, vsi sunt. Vnde sequitur, commodius νεωτερος κατὰ Παιδείας de juvenilibus concupiscentiis, quam de studio rerum nouarum accipi; præsertim cum ipsius deriuati vsus id suadeat, ut in sequentibus ostendemus

CAPVT QVINTVM.

*Ἡ νεωτερισμὸς quandoque iuvenilem significare, e Iosepho, li-
bro de Virginitate Athanasio adscripto, & Gellio ostensum:
eaque in re insignis error Salmasii & viri docti alterius nota-
tus. An Athanasius auctor libri de Virginitate. Locus in
eo leuiter emendatus. Gellius illustratus. Non videri τὸ νεωτε-
ρισμὸς vsquam id designare, quod circa res nouas versatur;
sed, ad summum, recens ac nouum. in exemplis vero a Sal-
masio adlati ne id quidem necessario designare. Neoterici
Scriptores vnde dicti. Suias etiam scriptoribus ætates esse. New-
τερικὸν τὰς ἡς apud Ignatium.*

Nεωτερισμὸς ἡ ἰουία, apud Apostolum comòdius exponi
iuuiles cupiditates, quam nouas, clarissime euincit vsus
ipsius vocis νεωτερισμὸς; quæ subinde profanis & Ecclesiasti-
cis scriptoribus iuvenilem designat. Quod miror negasse
Salmasium, virum in Græcis scriptoribus assidue versatum, &
in eo literarum genere suæ ætatis haud dubie principem. New-
τερικὸς quoque, inquit, † non iuuenem significat, vel iuuenilem, † Appr.
sed nouum, quod καινὸν designat. Vnde νεωτερισμὸς, & νεωτερισμὸς pag. 58.
ἡ ἰουία, & unico verbo νεωτερισμὸς, innouare, res nouas moliri.
Hinc NEOTERICI auctores ac scriptores Seruio noui ac recentes,
qui opponuntur antiquis. Similiter vir doctus alter, impro-
uide Salmasium secutus; Vox νεωτερισμὸς, ait, à νεωτερισμὸς, sicut ἐσωτε- Diatrib. bi-
ρισμὸς vel ἐξωτερισμὸς ab ἐσωτερισμὸς & ἐξωτερισμὸς, deducta, NOVVM seu historico-the-
NOVATVRIENTEM melioribus Græcismi auctoribus constanter olog. pag. 1.
designat: ubi autem IUVENILEM notet, nusquam repperio. Mox, pag. 2.
ubi Grotium νεωτερισμὸς ἡ ἰουία, iuueniles gloriolas exponen-
tem notat: Cur autem, inquit, Grotius non ullo exemplo ostendit,
eam vocis νεωτερισμὸς significationem, quam ipse vult, a Græcis ad-
mitti? ipsi hoc ἀδεσπότης asserenti fidem habeat, cui volupe est; no-
bis non licet esse tam credulis. Denique paullo inferius: Aliud pag. ead.
est νεωτερισμὸς, aliud νεωτερισμὸς. Hoc omnino non itatem complecti-
tur. Vnde & in Latium traducta voce NEOTERICI auctores Ser-
D v10

uo sunt *NOVI* ac *RECENTES*, qui opponuntur antiquis; & eodem sensu Hieronymus in Epist. ad Pammachium *NEOTERICOS* laudat. Subjungit deinde, idem confirmari eximio Ignatii in epistola ad Magnesios loco, vbi νεωτερικὴ τάξις sit idem, quod *novus ordo, nouellum institutum*. Quomodo & Salmasius illum locum exposuerat. De quo prolixè dicemus cap. sequenti.

II. Equidem H. Grotio non erat vitio verendum, quod nullo exemplo ostendit, νεωτερικὸς *iuuenilem* designare: cum compertum habuerit, non solum idoneos scriptores sic ea voce vsos esse, sed etiam Lexicographos & Glossaria vetera Græcolatina † passim eam hoc modo exponere. Nobis autem omnino exempla adducenda sunt, postquam ea vocis significatio ab aduersæ sententiæ auctoribus in dubium vocari cœpit. Confirmabimus ergo, quod diximus, loco vno & item altero, qui nobis vltro, & aliud agentibus, se obtulerunt, quanquam non dubitamus, plura apud idoneos auctores inventurum, qui cum cura eos euoluere voluerit. Vt omittam exempla, in quibus νεωτερικὴ ἐπιθυμία, allusione ad verba Apostoli, pro iuuenilibus cupiditatibus sunt posita, (quale est, quod in Græcis aliquot codicibus Eusebii libro VIII. historiæ Ecclesiasticæ * legitur, vbi Apphianus, adolescens & mox martyr, τῶν νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ὑπερφύω ἡρώδην & dicitur) in primis illustris est locus Iosephi extremo XVI. antiquitatum Iudaicarum, vbi cum de Alexandro & Aristobulo ab Herode patre interfectis exposuisset, subijcit; *merito dubitari posse, si ne in adolescentes ea culpa conferenda; an in patrem durum, & socium regni non ferentem; an denique in fortunam, omni ratione validiorem. Ac de fortuna quidem, sufficere leniter attingisse rem arduam & difficilem: e duabus autem reliquis causis, quod filios attinget, horum iuuenilem arrogantiam & fastum regnum accusari posse, patris veroplane pudendum & inexcusabilem errorem esse.* Τῶν ἢ ἄλλων δύο, τὴν ἑξ ἑκαστοῦ παίδων μέμψαι ἂν τις αἰτίαν, ἢ τὴν αὐθαδέας νεωτερικῆς: ἢ βασιλικῆς οἰήσεως, κτλ. Recte interpret: *accusare quis posses eorum IUVENILEM ARROGANTIAM*

† Vid. lo.
Dartes loco
supra cit. p.
80.

* pag. 93. e
dit. Rob.
Steph.

TIAM & *fastum regium*. Neque enim aliud intelligi potest. Propria scilicet ei atati est ἀσχηδεια; ac, ut ait Metrodorus apud Stobæum*:

*serm. 30.

Τὸ νέον ἅπαν ὑψηλὸν ἔστι καὶ θεασί.

Et ab eadem iuuentute profecta sunt, quæ Iosephus addit; quod nempe *calumniatoribus patris faciles aures præbuerunt, quodque maligni in suspicando, sed in dicendo intemperantes, ac ob utrumque observatoribus & indicibus fuere obnoxii*. Nam hos adolescentiæ nauos esse, subinde prudentes monent.

III. Eodem significato vsus hac voce est auctor libri περὶ παρθενίας ἢ ἀσκήσεως inscripti, qui tomo I. operum Athanasii habetur. Non ille quidem S. Athanasius (nam inter dubia aut supposita ejus recte hunc librum recensent Erasmus, Cocus, Perkinsus, Scultetus, Rinetus: itemque Chamierus tomo II. panstratiæ libro XIX. cap. IV. & Ger. Io. Vossius in epistola † ad Salmasium, quæ sub finem Epistolæ de Coma legitur: meminit enim τῆ τρίτῃ τὰ γυμνάσια τῶν ἀγγέλων; quod suspicionem injicit, eum juniorem fuisse Pseudodionysio, Hierarchiæ cœlestis fabricatori, quem plerique cordatiores sæculo quinto, aut Theodosii junioris, vel extremis B. Hieronymi, temporibus vixisse, censent:) valde tamen antiquus, & florente Græcia scribens. Cujus inter præcepta sacris virginibus data hoc legitur*: Ἐπιλάθε τὰ νεώτερα καὶ χήματα, ἵνα λάβῃς πάλιν τῆς καλῆς χήρας. Mox subjicit: Ἐδὲ εἰ μὴ εἰς ποιεῖς τὰ νεώτερα καὶ χήματα, σὸν ἀνδρὶς νεώτερα, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτερα. Sic legendum e Basilienfi & Cantabrigiensi codicibus, pro eo quod in editis est νεώτερα & πρεσβύτερα. Νεώτερα καὶ χήματα vocat habitum, quo puellæ ac adolescentulæ uti solent. Quod manifestum est ex iis, quæ adduntur. *Ut honorem, inquit, bona vidua accipias*. Et: *Non audies juuencula, sed vetula*. Idemque patet ex descriptione vestium, quæ ibidem subjuncta est. Ne quis, nouum ac recens natum genus vestium notari, existimet.

† pag. 743.

* pag. 827.

ed. Comelin.

An. 1601.

IV. Denique apud Gellium νεώτερον ἢ ἰδὲν est, quod *juuenilis*. Ejus cap. XXV. lib. XIII. sic habet: *Partheni versus est:*

Γλαύκῳ καὶ Νηρεί καὶ Εἰαλίῳ Μελικέει.

Eum versus Virgilius amulatus est, itaque fecit duobus vocabulis venuste immutatis parem:

Glauco & Panopea & Inoo Melicerte.

Sed illi Homericō non sane reparem neque similem fecit. Esse enim videtur Homeri simplicior & sincerior; Virgili autem νεωτερικώτερος, & quodam quasi ferrumine immisso fucator:

Ταδεγὼ δὲ Ἀλφείῳ, ταδεγὼ δὲ Ποσειδάωνι.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Recte viri docti, qui Græca ejus scriptoris vocabula exposuerunt, νεωτερικώτερος explicant audacior, juvenilior. Nam & simpliciori ac sinceriori opponit: & fucatoris voce, tanquam idem significante, declarat. Quorum neutrum recentiori, vtrumque vero juvenili optime congruit. Nam juniorum ac adolescentum, & tyronum eloquentiæ, veluti proprium est genus dicendi lætum, luxurians, floridum, & fucatum; sicut & aduerso senes seuera, simplexque ac grauis dictio decet. Quintilianus II. Institut. Orator. cap. I: *Ipsam etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum & erectum & audax, & præcaltum senibus conuenient, quam pressum & mite & limatum, & quale intelligi vult Cicero, cum dicit, orationem suam cœpisse canescere: sicut vestibus quoque non purpura coccoque fulgentibus illa ætas satis apta sit. In juvenibus etiam vberiora paullo & pene periclitantia feruntur. At in iisdem siccum, & sollicitum, & contractum dicendi propositum plerumq; affectatione ipsa seueritatis iniusum est: quando etiam morum senilis auctoritas, immatura in adolescentibus creditur.* Atque hoc ipso laudati Homeri Virgiliique versus distant. Ille enim simplicissime ac brevissime, sineque ornatu vlllo ac fūco, compositus est: at Virgilianus ei non solum impar, quippe duabus vocibus auctior; sed & florentior ac fucator: cum & pulchri epitheton sit additum, & genus orationis per apostrophē comminatum. quo vtroque plena & erecta, ac quodammodo adfectata, red- datur oratio.

V. Id ergo liquet, vocem νεωτερικῶς juvenilem idoneis scri-

scriptoribus designare. Contra eadem vix vnquam id quod Salmasius & vir doctus alter volunt, hoc est, eum qui versatur circa res novas (nam rerum nouarum cupiditates intelligi a-
 junt) sed, vel ipsorum sententia, tantummodo nouum designat: saltem in iis exemplis, quæ pro noua expositione adlegantur. Quippe neoterici scriptores non illi sunt modo, qui res nouas tractant, sed quicunque nuper, de antiquissimis quamlibet rebus, scripsere. Etiam *νεωτερον* τῶν ἱερῶν apud Ignatium, si maxime, vt illi volunt, accipiat, tantum erit recens institutum, nuper natus ordo. At quemadmodum aliud est carnalis, aliud caro: mundus aliud, aliud res mundanæ: ita distant pariter nouum, & quod est rerum nouarum, siue quod in res nouas fertur. Ex adductis exemplis, ad summum, illud elicias, posse *νεωτερον* & *ἐπιθυμίας* exponi nouas cupiditates; non item, etsi fiducias adhibeas, studia rerum nouarum indicari. At quis dixerit, nouas cupiditates hoc loco vetari? An nil amplius appetere deinceps Timotheus, quam quod ante concupierat, debuit? Et cur solum nouæ vetarentur? num veteres, & quæ tam frequentes inter iuuenes erant, innoxia videbantur? Credo, ne ipsos quidem, qui diuersum heic sentiunt, hæc concessuros.

VI. Dicam amplius. Ne id quidem necesse est admittere, adductis exemplis liquido demonstrari posse, *νεωτερον* vnquam nouum designare. Quinimmo fidenter adfirmo, vtrobique de ætate posse accipi. Nam quod scriptores quidam neoterici vocantur, id non opus est recentes exponere. Possunt & ideo sic dici, quod sint iuniores. Certe veteribus, & qui hodie purius loquuntur, iuniores appellantur; vt notauit Varro sæculi nostri, Ger. Io. Vosius, in 1. de vitis sermonis cap. xviii. Sunt enim vt aliis rebus, ita & scriptoribus suæ vel ætates; a quibus, vt quisque teneræ vel adultæ est, vetusti vel iuniores vocantur. Vnde passim videas, in certas ætates distribui nunc scriptores Latinos, nunc Græcos; modo Ecclesiasticos, (quorum antiquiores ideo & Patres dicimus) modo Scholasticos, aliosque. In Epistolis quoque

Ignatii tantum abest, ut putem νεωτερικὴν τάξιν cum Salmasio*, Andr. Riuetot, & D. Blondello a exponi debere nouellum ordinem, ut pæne ausim adfirmare, *iunentem*, ut apud Paullum, ea voce designari. Operæ precium erit locum eum non solum integrum adscribere, sed etiam, quia paullo obscurior est, & summis ac doctissimis viris crucem fixit, aliquanto prolixius expendere: quo cunctis pateat, non de ordinis origine aut nouitate, sed de ætate exponendum; nec verum esse, quod dicitur, *hunc locum eximium insigniter nouam expositionem firmare.*

* Apparat.

p. 57. 58.

† Dialys.

Discusf.

Grot. scilicet. 2.

S. 2.

a) apolog.

pro sentent.

Hieronymi

pag. 40. 199.

CAPUT SEXTUM.

Quid sit apud Ignatium νεωτερικὴ τάξις, prolixè disquiritur. De editione epistolarum Ignatii Vosiana, diversa eruditorum iudicia. Epistola ad Magnesios, ejusque Interpres uetus, illustrantur ac emendantur; hic etiam notatur. Ὁ δὲ ὀνόματι, ueniendi formula. Videre Ecclesiam, de absentibus. Συγχεῶδες quid. Clemens Alexandrinus illustratus, & leniter correctus. Joannis IV, 9. explicatur. Iudeorum cum Samaritanis conuictus interdictus; & cur? ac quam late id interdictum patuerit. ἐπιμαρτυροῦν, γέσπευον, ὠροσκευάξεν, elliptice posita. Quatenus communio Gentilium Iudeis prohibita. An Samaritani idololatre. Non fuisse inter Gentiles computatos. Syrac. L, 27. 28. nouiter exponitur. Quid sit apud Ignatium μὴ συγχεῶδες τῆς ἡλικίας ἔσπιτοκόπη. Salmasii & Blondelli, itemque Hammondi & Dartis expositiones uerborum Ignatii rejiciuntur, nouaque adfertur. τάξις pro officio, ordine, dignitate. Glosse Cyrilli leniter emaculantur. Ταξίωμα. Νεωτερικὴ τάξις pro τάξει ἔνεωτερος. Φαινόμενον, de re manifesta. τὰξιν προσλαμβάνειν. Noua translatio loci Ignatiani.

Sic ergo in epistolis S. Ignatii, uti a Cl. V. Isaaco Vosio anno hujus sæculi XLVI. e Mediceo Codice defæcatus editæ sunt (genuinae sint Ignatii, quod adfirmant ac tuentur Editor in præfatione & passim in notis ad eas conscriptis, Jo. Dartes libro I. de Ordinibus Ecclesiasticis cap. XVIII, Dionysius

sius Petavius Tomo IV. de dogmatib. Ecclesiasticis parte II. in appendice, Jac. Vserius in epistola Appendici Ignatianæ præfixa, Henr. Hammondus Disseratione II. aduersus Blondellum a cap. I. ad xxv. vsque: an confictæ omnino & suppositiciæ, vti contendunt Salmasius in Apparatu *a*, D. Blondellus in præfatione Apologiæ pro sententia Hieronymi de episcopis & presbyteris *b*, & in epistola ad Vserium *c*, Edmundus Albertinus libro II. de Eucharistia *d*, Jo. Dallæus libro IV. de Jejunio & quadragesima capite v, aliique plures nunc nihil attinet dicere: exponemus de eo fortassis alibi; interim vt Ignatianas in præfenti adlegabimus:) In illarum, inquam, epistolarum ea, quæ ad Magnesium scripta est, haud longe ab initio * sic legimus: *Ἐπεὶ ἔν ἡξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς Δαμά & ἀξιοθέε ὑμῶν Ἐπισκόπος, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων, Βάσος καὶ Ἀπολλωνίος, καὶ Σωδὲλεμος, Διακόνος Σωπίον, καὶ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι Ἐπιτάσεται τῷ Ἐπισκόπῳ ὡς χάρει θεῶ, καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συζητᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ ἔξ Ἐπισκόπου, ἀλλὰ καὶ διὰ αὐτῶν θεῶ πατρὸς πάντων ἐν τρυφῇ αὐτῶ δισπόμεναι, καθὼς ἔγνω καὶ τὰς ἀγίας πρεσβυτέρας, καὶ προσειληφύτας τὴν νεωτερικῶν τάξιν, ἀλλὰ ὡς φρονίμως ἐν θεῷ συχωρῶντας αὐτῶ. Οὐκ αὐτῶ δὲ, ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ πάντων Ἐπισκόπῳ. Εἰς πᾶσι δὲ ἐκέλευσεν ἡμεῖς πρέπει εἶν ἐπακέρην καὶ μηδεμίαν ὑπόκρισιν, ἐπεὶ ἔχ ὅτι τὸν Ἐπισκοπον τῶν πὴν βλέπέμερον πλανᾶ πῆ, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον ὡς ἀλογίζετα.*

II. Hæc in Latina translatione veteri. quam e duobus MSS. codicibus Anglicanis primus anno hujus sæculi XLIV doctis vir, Jac. Vserius, in lucem produxit, postea suæ editioni, sed ad textum Græci codicis Medicæi emendatam, inseruit Vossius. ita reddita leguntur: *Quia igitur dignificatus sum videre vos per Damam, dignum Deo vestrum episcopum, & presbyteros dignos, Basium & Apollonium, & conseruum meum Diacorum Zononem, quo ego fruor, quoniam subiectus est Episcopo ve gratiæ Dei, & presbyterio ut legi Iesu Christi. glorificato Deum pa-*

iret

irem Domini nostri Jesu Christi. Sed & vos decet non concuti etate
episcopi, sed secundum virtutem Dei Patris, omnem reuerentiam
ei tribuere, sicut & agnoui sanctos presbyteros, non adsumentes appa-
rentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes ipsi,
non ipsi autem, sed Patri Jesu Christi omnium episcopo. In honorem
igitur illius volentis nos decens est obedire secundum nullam hypo-
crisin; quia nequaquam episcopum hunc conspectum seducit quis, sed
inuisibilem paralogizat.

III. In quibus verbis illa duo, Zononem & concuti, haud
dubie librarium vitio irrepserunt. Interpres ipse scripsit
Zotironem (quomodo & in Græcis aliquot MSS. vulgaribus est
Ζωτῖων), alternantibus, ut sæpe alias, Ζ & Σ literis) & Con-
tu. Quo posteriore vocabulo solum idcirco usus est, ut plane
exprimeret Græcum: quod illi in tota ista translatione fuisse
propositum, cuius legenti in aperto est. Vnde alibi usurpa-
uit voces multibonus, dignificatus sum, conquistor, dignenomi-
nabilis, superglorifico & ejus monetæ plures, ac hoc ipso in loco
dignus Deo, decens est, paralogizat; ut melius exprimeret Græcā
πολυεὐτακτῶν, ἡζιώθων, συζητητῆς, ὑπεροξείζω, ἀξιόνομας,
ἀξιοθεῶν, πρέπον Ἰησῆ, ὑπερολογίζεται, &c. At quæ sequuntur,
Glorificato Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi, quorum nec
vola nec vestigium, neque in vulgatis codicibus Græcis, nec
in Medicæo, reperitur, ab ipso interprete videntur esse. Qui
cum conjunctioni ἐπεὶ nil in sequentibus respondere animad-
uerteret, hæc aliunde desumpta * inferfit, ut sensus sibi constaret.

* *ibid.* not.

Vossii p. 272.
& 276.

Ne autem sensus esset integer, fecit vox ὑπερολογείται, quæ jam
olim pro ὑπερολογεῖτε culpa scioli cujusdam irrepfit, qui pu-
tabat, comma hoc ad proxime nominatum Sotionem perti-
nere, cum ad Magnesios vniuersos referendum sit. Hoc enim
postulat connexio sententiæ, ac collectio Ignatii, quæ, quan-
tum ego perspicere possum, hæc est; Cum, ut ipse intellexe-
rit, Magnesii subsint episcopo & presbyteris, etiam decere
eos, ut obediant illis, nec inconsultis illis quidquam agant,
aut tantum nominatenus Episcopo subsint. Plane ut in ea
ad Trallianos * concludit: ὅτ' αὐτῶ τῶ Ἰησοῦ ὑπερολογεῖτε

* p. 47. ed.
Voss.

ὡς Ἰησοῦ Χριστοῦ, φάινεσθαι μοι ἔκαστος ἀνθρώπινον ζῶντες, &c.
ἀναγκάσθων ἔν ἐστιν, ὡς περ πεισῆτε, ἀνδρὶ τῷ ὀπισκοπῆσθαι μηδὲν πρόσθεν
ὑμᾶς. ἀλλ' ὑποτάσσασθε καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ, κτλ. In quo-
rum extrema parte, simili errore, idem interpres Vserianus, &
cum eo Antiochus, (qui sermone xxiv. hæc verba adduxit)
legerunt ὑποτάσσασθε. Quomodo & in epistola ad Ephesios
in illo, Ἐν Ἰησοῦ ἡμεῖς πάντες, πρόσθεν ἔσθαι, male πρόσθεν ἔσθαι
legitur. Vertit enim: *In Jesu Christo omnia operata sunt.* Ac nōrunt, qui
MSS. codices tractarunt, quam sæpe terminationes istæ per-
mutentur.

IV. Equidem fateor, ut cunque sibi constare sensum, si
sequentia omnia per sesquipaginam, vsque ad illa, ἐπεὶ ἔν ἐν
τοῖς προεγεγραμμένοις προσηγορίαις τὸ πᾶν πληθύνει ἐθεώρησα, dicam-
tur continere parenthesis longiorem, quod genus παρεκ-
τάσεις non solum alios scriptores antiquos, sed etiam sacros,
in his Paullum Apostolum, operibus suis inseruisse, dudum
eruditis observatum †. Sed cur solum Sotionem episcopo
subjectum dixisset? Quin eandem laudem impertitur pre-
sbyteris, quorum exemplo mox hortatur Magnesium, ut obse-
quantur episcopo? Cur non iisdem frui similiter optat, quia
& ipsi Episcopo subjecti? Cur non dixit ὁ Ν, sed ὁ Ἰ ὁνομαζόμενος?
Quæ verba, ut hoc obiter addam, perperam accepit Salma-
sius, cum ita transtulit: *Qui mihi gratius est & acceptus.* Debe-
bat: *Quo liceat mihi gaudere vel frui!* vel: *A quo utinam fructus
percipiam?* aut: *Dei Deus ut eo fruatur!* Is enim sensus est ejus
formulæ, quæ vouentis est, usurpata ab Apostolo in ea ad Phi-
lemonem*, & hujus imitatione cum alibi a genuino scriptore
harum epistolarum, tum sæpius a plano illo, qui misere eas in-
terpolavit. De quo videndus Vserius in prolegomenis in E-
pistolas Ignatii † & notis in eas ad * Magnesium & † Romanos.

V. Hæc aliquanto prolixius persequuti sumus, quia non
parum lucis scænantur illis, quæ deinceps dicenda sunt.
Nunc ostendamus, quod recepimus, per νεωτερικῶς τὰ ἔξω
posse intelligi *novellam ordinem.* Institutum Ignatii est, hor-
tari Magnesium, ut ne spernant episcopum suum ob juvenitu-

E tem

† b. D. Glasf.
b. m. Rbet.
fac. tract. 2.
cap. 7. p. m.
567. edit.
Jen. de A.
2645.

* comm. 20.

† cap. 5. p. 32.
* not. 82.
† not. 46.

tem, sed debitam ei venerationem tribuant, respicientes potius eum, cuius vice fungatur, Episcopum omnium, patrem Jesu Christi, quam iuuentutem episcopi sui, oculos incurrentem. Hoc enim volunt illa: εχ' ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τῶν βλεπόμενων πλανᾶν, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον ᾧ θεολογίζεται. & quæ illis præmittuntur. Ait itaque, se vidisse per episcopum, presbyteros, & diaconum eorum (qui, ut opinor, ad eum ablegati fuerant) tanquam in exemplaribus totum cœtum representantibus. Ecclesiam eorum, regimini Episcoporum & presbyterorum concreditam.

* pag. 32. 33. Nam ita mox* ipse explicat se, cum ait:

t pag. 18.

ἐν τοῖς προεγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πληθύνει ἐξ ἡρώων ἐπιπέσει καὶ ἀγάπη. Quomodo & in ea ad Ephesios † scribit, se per Onesimum, & Burrhūm, & Euplum, & Frontonem, omnes Ephesios καὶ ἀγάπην vidisse, ac Crōcum ἐξ εμπλάειον τῆς ἀπ' αὐτῶν ἀγάπης vocat. Quod utrumque & de Polybio, Trallianorum episcopo, in epistola ad eos scripta * adfirmat.

* p. 47. 48.

VI. Porro non sufficere ait, quod habeant episcopum, sed etiam decere eos μὴ συγχροῦν τῇ ἡλικίᾳ τῷ ἐπισκόπῳ. Quæ phrasis fortassis obscurior est, quam quibusdam visa. Interpolator substituit μὴ καθ' ἄφροσύνην τῆς ἡλικίας. Vetus interpres Vserii reddidit *contis*. quæ voce idem verbum Vulgatus Bibliorum interpres, non quidem in Actis Apostolorum, ut vir doctus ait, sed Joannis iv, 9. expreserat. Sed neuter vim vocabuli adsecutus est.

* l. c. p. 57.

t dis. 1. c. 9.

Salmasius * exponit, non nimis familiariter cum episcopo agere, quod videatur iunior. Hammondus †: non abuti familiariter (et depositare reverentia) etate episcopi.

* notis ad- xime vim vocis Vosius *: non tanquam commodato accipere & p. 176. ad se pertrahere ἐπισκοπῶν iunioris istius episcopi. Συγχροῦν enim quandoque idem est, ac mutuo accipere. Ut apud Polybium lib. 1. * de Romanis in Siciliam trajicientibus: ᾧ ἀλλοτρίων καὶ ἀλλοτρίων, ἐπιτῆ καὶ ἑλεατῶν καὶ Νεαπολιτῶν, συγχροῦσθαι πεντηκοντίεσσιν καὶ τετταράκισσι. Quia scilicet qui rem commodato accipit, ea veluti simul utitur cum eo, cuius illa est.

* pag. 20. e.

aid. Casaub.

Proprie enim, & principe significato, συγχροῦν idem est, quod uti re aliqua cum alio aut aliis, pariter aut utentibus

ant

aut vsurpatis. Ejus rei aliquot exempla producemus in præfenti, quia fere silent Lexicographi. Clemens Alexandrinus in I. Stromateon † : Ἐκάστη δρετῆ, εἴτε καὶ ἀλήθεια σωωνίμως κα-
 λαμμένη, μόνος τῶ καθ' ἑκάστην διποτελέσματός ἐστιν αἰτία, κατὰ σύγ-
 χρησιν ἢ τρίτων γὰρ τὸ εὐδαιμόνως ζῆν. Bene Interpres : Per
 conjunctum earum usum fit beate vivere. Disputat enim Cle-
 mens, Philosophiam Græcorum conferre quidem aliquid ad
 veram sapientiam, non tamen ideo dicendam αἰτίαν κατὰ ἀ-
 ψευδος τῆς ἀληθείας, sed solum σὺ τῶς ἄλλοις αἰτίαι, σωεργον, &
 αἰτιον σὺ αἰτιον; cum præterea requiratur, vt instituamur πα-
 ρὰ τῶ ἡμῶ τῶ θεῶ : quemadmodum non qui vnam & alteram vir-
 tutem exercet, sed is demum beate viuere dicendus sit, qui o-
 mnibus simul vtitur : plures enim virtutes esse causas τῶ εὐ-
 δαιμονεῖν. Hoc σύγχεσιν δρετῶν dixit. Σύγχεσις igitur, vox
 hæcenus ignota Lexicis, vsu conjunctum notat, siue cum res
 aliqua cum aliis vsurpatur. Passiue enim, vt alia plura, quæ
 verbalia dicimus, accipienda est.

† pag. 318.
 ed. Paris. A.
 1642.

VII. Idem Clemens VI. Stromateon, vbi ostendit Gno-
 sticum suum disciplinis Græcorum vt præparatione ad veram
 & diuinam sapientiam vti. sic * scribit : οὐκ ἂν, ὡς δρετῶς, ταύ-
 ταις (scil. Musica, Arithmetica, Geometria, Astronomia, &
 Dialectica, de quibus paullo ante loquutus erat) συγχεώμεθα
 ἡμῖν ὁ γνωστικός (forl. leg. ὑμῶν ὁ γνωστικός i. e. Gnosticus noster)
 πολυμαθὴς ἐστὶ. ἀλλὰ σωεργῶς πῶ καὶ τῶ διδασκῆσαι τὰ π κοινὰ
 καὶ τὰ ἴδια, προσήσεται τὴν ἀλήθειαν. Mox * : τὴν πολλὴν ἢ ἀ-
 χρησίαν παραιτητὸν ἀπαχολῶσαι περὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα : οἴο-
 νεῖ ἢ σωαίμοις προγυμνάσασιν, εἴσῃ τὴν ἀκρίβη ὡρῶδοσιν τῆς
 ἀληθείας, ὅσον ἔφικλον, καὶ ἀπέισσασιν συγχεώμεθες τῶς μαθη-
 μασι τῶ γνωστικῶ. Vbi malim legi : συγχεώμεθες ἢ γνωστικῶ. nam
 id postulare videtur, quod mox sequitur : οὐκ ἀποληφθήσεται
 πίνω τῶν προσήκοντων περὶ τῶς μαθήσεως τῶς ἐγκυκλίας, καὶ τὴν
 ἐκκλησιῶν φιλοσοφίαν. E quo patet, & singularem numerum
 debere præcedere (ait enim : οὐκ ἀποληφθήσεται) & Græcorum,
 non autem Gnostici, quem ibi describit, μαθήματα ea dici.

* pag. 676.

* p. 656.

E 2

Mox

5

4

43.

Mox enim eadem μαθήσεις ἐγκύκλιος, & ἐκκλησιαστικὴ φιλοσοφία νο-
cantur. Porro his μαθήμασι συγχεῶμεθα Gnosticus, idem
est quod simul utens philosophia Græcica vel cum Græcis
sive gentilibus, vel cum sacris literis & præter Scripturam sa-
cræ, qua ad veram sapientiam, ut Clemens docet, instituitur.

VIII. Verbo συγχεῶμεθα eodem sensu usus est S. Joannes
Evangelista cap. iv, 9. Vbi mulier Samaritæ ad servatorem
nostrum: Οὐ συγχεῶνται, inquit, Ἰσραῆλι οὐ Σαμαρείταις. Hoc
est, ut optime omnium Beza reddidit, non utuntur cum Sama-
ritis: subintellige, iis quæ ad vitam tolerandam sunt neces-
saria; nempe eodem domicilio, vasculis, ac in primis cibo &
potu. nam de his agi hoc in loco, manifestum est. Miratur
enim mulier, a Judæo se rogari, ut potum illi præbeat; cum
Judæi non soleant cibum aut potum cum Samaritanis capere.
Idque ab Ezra & Zorobabele ac Josua sancitum Judæi tra-
dunt, cum a Samaritanis ædificatio templi noui impedita es-
set. Scriptum est enim in Pirke Eliezer, vetusto & celebri Ju-
dæorum libro, cap. xxxviii, atque inde in Tanchuma sive Je-
Jammedenu sectione ㉔㉕ translatum; Ezram, Zorobabe-
lem, & Josuam, toto populo in templum congregato, excom-
municasse Cuthæos (ita Samaritæ vocant) ac inter alia decre-
uisse, ne quis unquam ex Israël fructum vel buccellam Cu-
thæi comedit: indeque dictum: *Quicumque comedit carnem Cu-
thæi, in vescitur quasi carne porcina.* Verba ipsa habes apud
Drusium III. de Sectis Judaicis cap. xi, ac Morinum Exerci-
tatione I. ad Pentateuchum Samaritanum, sed plenius apud do-
ctissimum, ac, quod ipsi quondam coram experti sumus, hu-
manissimum virum Jo. Buxtorfium F. dissertatione de literis
Ebræorum thesi XLIX. Quamquam de ea narratione subdubi-
tare videtur Guil. Henricus Vorstius in notis † ad eum Capi-
tulum Eliezeris locum. Quicquid sit, e contextu Evange-
listæ certum est, non licuisse Judæis eodem cibo & potu, quo
Samaritani, uti: idque phrasi μὴ συγχεῶμεθα significari. Cete-
rum non novum est, voces ad vitium pertinentes ἐκκλησιαστικῶς
subintelligi. Lucæ ix, 52. de nunciis a Christo præmissis: ἔ-
πεμψεν

† pag. 126.

προδθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἐπιμάσαι αὐτῶν.
 Ἐπιμάσαι, id est, vt pararent cibum vel hospitium. Confer &
 Lucæ xxii, 12. Marcii xiv, 15. Integra phrasis est πρὸ ἄριστον ἐπι-
 μάζειν, Matth. xxii, 4. Sic Act. x, 10: Ἐγένετο ἡ παρέσπειν, ἢ
 ἤθελε γούσασθαι, id est, volebat gustare cibum. Mox: παρὰ
 σκιάζοντων ἢ ἐκείνων, h. e. cum pararent prandium. Ad hunc
 itaque modum & Samaritis dixerit, ἢ συγγεῶνται, h. e. non
 vna vtuntur cibo & potu. Scio, hoc ita vulgo accipi, ac si
 omne commercium cum Samaritis interdictum Judæis fue-
 rit. Sed vereor vt hoc ostendi possit. Videntur enim solum
 a communione sacrorum, ciuitatis, matrimoniorum, conui-
 cius, aliarumque rerum, e quibus Judaicæ religioni damnum
 inferri siue poterat, siue posse credebatur, exclusi fuisse. Non
 item a commerciis, contractibus, & aliis, quæ ad civilem vi-
 tam pertinent. Nam ab his ne quidem Ethnici excludeban-
 tur. Poterat enim Judæus a gentili emere quæ sibi necessaria;
 poterat vendere res mobiles, ædes locare, & alicubi etiam a-
 gros. Denique pleraque commercia permissa erant, quæ nec
 idolatriæ adjuncto, nec libertati Israëliticæ, sacroque
 ipsorum cultui, detrimento fore putabantur. De quo vide
 Jo. Seldenum lib. ii. de Jure N. & G. secundum disciplinam
 Ebræorum cap. v*. Quanto magis licuit eadem cum Samari-
 tis agere! qui ortu & sanguine maximam partem Judæi erant.
 Vnde quamuis ἀλλογενεῖς dicantur Lucæ xvii, 18; tamen
 Matth. x, 5. diserte distinguuntur ab ἔθνεσι. Ipsique Judæo-
 rum magistri, quanquam multa atrocia crimina, in his ido-
 latriam, (a qua tamen immunes fuisse, docent Jo. Henr.
 Hottingerus Exercit. Antimorin. §. xvi. & xvii. Pet. Cunæus
 de Rep. Ebr. ii. cap. xvi; Jac. Gaffarellus libro quem inscri-
 psit *Curiositates inauditæ, cap. i. num. vi. & iix, & Gisb. Voë.
 *Curiositez inouyes. tium Theologicarum exstat:) illis impingant: negant ta-
 men, inter gentiles, saltem antequam columba in monte Ga-
 rizim, vt ipsi fingunt, reperta esset, fuisse recensitos.
 Diserte Maimonides super Berachoth cap. iix. §. iix:

וְהוֹחֲזִקוּ שְׁהוּ מֵאִמִּינִים בְּרֵיתֵנוּ וּמִיַּחֲרִיִּים וְלֹא יַעֲבִרוּ
 עָלֵינוּ אֲשֶׁר חָקְרוּ עֲלֵיהֶם חֲכָמִים וּמִצְאוּם מִכְּבוֹרִים
 : הֵר גְּרוּזִים: *Et habiti fuerunt quod essent credentes in legem no-*
stram, & unientes (i. e. in unum Deum credentes) & non servi-
entes cultui idolorum, donec inquisierunt in illos sapientes, & inuene-
runt illos colentes montem Gerizim. &c. Eadem tradit Obadias
 de Bartenora cap. vii. sect. 1; cujus verba habes apud Cl. Hor-
 tingerum loco modo laudato §. xvi. Rabbi quoque Leui ad it.
 Reg. xvii. 31. non audet absolute negare eos fuisse profelytos;
 sed solum ait, non reputari לְגֵרִים אֲמִיתִיִּים inter profelytos
 veros, quia veri profelyti sunt eodem loco cum Iſrælitis. Atque
 inde factum, vt subinde indicaretur in Talmude, *Cut beos esse*
prestantiores idololatriæ, viliores tamen Judæis, vt ait Maimonides,
loco quem diximus. Quæ lucem adferre possunt verbis Si-
racidæ cap. L, 27. 28: 'Εν δυσὶν ἔθνεσι παρ᾽ ὧν ἔστιν ἡ ψυχὴ μου,
καὶ τὸ εἶπεν ὁκ ἔστιν ἔθνη. οἱ καθημέριοι ἐν ὄρει Σηεῖρ, Φυλιστιμ,
καὶ ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατωκῶν ἐν Σικίμοις. Ita enim legi cum vul-
 gato interprete volunt viri docti, non vt in plerisque editio-
 nibus legitur, ἐν ὄρει Σαμαρείας. Quæ vox forsan e margine, in
 quo ab aliquo adscripta fuerat, vt Sichem Samariæ urbem esse
 significaret, ab alio in textum intrusa est, qui putabat pro
 Σηεῖρ substituendam esse. Nam si legas Σηεῖρ, non tres, sed
 duæ solum gentes erunt. iidem enim, qui Sichem incolunt,
 cum Samaritis fuere; quorum, ab excisa Samaria, metropo-
 lis Sichem fuit. Porro quod tertia ὁκ εἶναι ἔθνη dicitur, non
 satis cepisse videntur, qui exponunt, *indigna est, qua gens vel*
populus dicatur. ἔθνη enim h. l. idem est quod גוֹי: quo no-
 mine a Judæis & in ipso sacro Codice designari, quos Christi-
 ani *Gentiles, Etnicos, Paganos* dicimus, notum est. Tales ve-
 ro erant *inhabitantes montem Seir, id est Idumæi, & Philistæi;*
utrique hostes acerrimi Judæorum: non item Sichemites seu
Samaritani, quippe semijudæi, & legem Dei pariter ac idola
colentes. In Ebræo videtur fuisse: כְּשֵׁנִי גוֹיִים קָצָרָה
; כְּפֶשֶׁר וְשִׁלְיָשִׁי לֹא גוֹי. Possis & vocem ἔθνη specia-
 lius

cialius accipere, vt solum eos populos notet, qui peculiariter maledicti habebantur. Equibus Samaritanos fuisse, negant Judæi. Sic enim Pirke Elieser loco supra laudato: **הכותי אינו נחשב לגוי משבעה אומות** *Cuthæi non reputantur pro gente inter septem populos, sed reputantur inter reliquias quinque gentium a rege, &c.* Sed hæc obiter. Non omne commercium cum Samaritis fuisse vetitum, vel ex eo colligere est, quod discipuli Christi vicum Samaritanorum ingressi sunt, vt supra diximus: quodque Seruator noster Samaritam in media Judæa (in qua vtraque vrbs sita erat) Hierosolyma inter & Hierichunta iter facientem memorat: quod non fecisset, si gentes illæ mutuo omni conuersatione fuissent prohibita. Vide Lucæ x, 30. 33. 34. 35.

IX. Horum itaque exemplorum analogiam si respiciamus, apud Ignatium *μὴ συγχρόσαι τῇ ἡλικίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς* idem erit ac non vt iisdem quibus vitur iuuentus episcopi, (h. e. iuuenis episcopus) scilicet muniis, & directione, ac prerogatiuis, quibus ille gaudet; siue non vt vna cum episcopo iuuenis dignitate episcopali, & qua ad eam pertinent. Hoc enim magis quadrat, quam si dicas, idem esse ac *commodato accipere ἐπισκοπῶν iuuenis ἰστῆς*. Primo enim non dixit auctor, *Μαγνησίους non debere συγχρόσαι τῇ ἐπισκοπῇ*, sed *τῇ ἡλικίᾳ*. Hanc vero vt aliquis commodato accipere, & ad se pertahere possit, non video. Deinde commodato accipere est *συγχρόσαι πᾶσιν*, non *συγχρόσαι πνι*. Polybius enim dixit *συγχρησάμενοι πᾶσι Δοκρῶν τετήρησις*, non *συγχρησάμενοι τετήρησι* vel *δοκρῆσις*. At optime congruit phrasis Joannæ & Clementina. Vt enim Ioannes dixit, Judæos, non vtentes vna cum Samaritanis illis quæ ad vicum pertinent, *ὁ συγχρόσαι Σαμαεῖταις*; vt Clemens Alexandrinus *σύγχρησιν ὄρεταιν*, quando plures virtutes simul exercentur: ita hoc loco, cum Magnesi verantur *συγχρόσαι τῇ ἡλικίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς*, haud male dixeris, præcipi illis, ne vna cum iuvene episcopo vsurpent, quæ hujus sunt, & huic soli, vel præcipue, permittenda. Saltem conuenientius est, quam si exponas *nimum familiariter eam*
epi-

episcopo agere, aut etate ejus familiariter abuti. Neque enim tale quid heic reprehenditur aut vetatur, sed quod aliqui omnia sine ipso, ac inconsulto eo, agant, vt mox dicemus. At quibuscum familiarius conuersamur, hos adeo non celamus consilia nostra, vt potius anxie sententiam eorum anquiramus, vixque clam illis aliquid perpetremus. Nec vllibi, quod sciam, συγχωρεῖν est abuti. Quanquam malle simpli-
 ter Ignatii verba interpretari: Vos non decet abuti etate episcopi; si vsquam hoc sensu verbum id accipi constaret. Ut-
 cunque sit, e contextu certum est, vetari contemptum atque neglectum juvenis episcopi, quo omnia eo inconsulto peraguntur. id enim ostendit, quæ mox sequitur, oppositio, cum Magnesios episcopo πᾶσαν ἐντοροπλῶ δ' ὑπομένειν jubet; itemque, quod eos reprehendit, qui Ἐπίσκοπον μὲν καλεῖσι, χωρὶς ἢ αὐτῶν πάντῃ πείρατος εἰσι. Et quod paullo inferius † hortatur: Μηδὲ

† pag. 32.

ὑμῖς αὐτοὶ τὰ Ἐπισκόπων καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πείρατετε: sub-
 intellige, τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, vt ipse in Epistola ad Smyrnaeos * restringit. Quod præceptum & in reliquis epistolis † inculcat.

* pag. 6.

† epist. ad

Smyrn. p. 7.

ad Polyc. p.

12. 13. ad

Philad. p.

43. ad Trall.

p. 47. & 50.

X. Ceterum vt hoc persuadeat Magnesii, vtitur, inter alia, argumento ab exemplo presbyterorum ejusdem Ecclesie (nam hos intelligendos esse, articulus docet) desumpto: quos ait pariter & προσεληθέναί τὴν Φαινομήλιω νεωπεικλῶ τάξιν, ἀλλ' ὡς Φρονίμως ἐν Θεῷ συγχωρεῖν αὐτῶ. Finge nunc, νεωπεικλῶ τάξιν esse recens institutum: quæ sequela erit; sicut presbyteri vestri non acceperunt novum ordinem, ita vos decet obedire episcopo, quamvis juveni, nec juventute illius abuti? Scilicet quia isti non probarunt episcopi vnus supra ceteros eminentiam, ideo hi adprobare debent? Stultus, blennus & omnis omnino iudicij expertus sit, qui sic colligat. Jam quomodo opponet inuicem hæc duo; Non accipere apparentem novum ordinem, & eidem συγχωρεῖν siue concedere? Nec προσλαμβάνειν accipere ea notione significat, qua idem est ac recipere cum adprobatione, sed adsumere, adsciscere. Hoc cum animaduerteret Hammondus, præ-

præferendam putabat †, sic suadente (ut ait) tota Epistola ferie, † *disfert.* 28
 vulgatam Pseudignatii lectionem, quæ sic habet: *ὁ ὡς ἐστὶν ἡλικία*. 8. 9. 3.
 τὴν Φαινομένῳ ἀφορῶντας νεότητά, ἀλλὰ ὡς τὴν ἐν θεῷ Φρο-
 νησιν. *Magnesium* enim, inquit, *Episcopus Damas tunc fuit,*
etate quidem junior, quem ideo ab iis contemni posse, (ut Timo-
thæum Paulus) verebatur. Monet igitur non decere aut κατὰ-
 Φρονεῖν aut *συνχεῖν τῇ ἡλικίᾳ Ἐπισκόπου.* Nugæ! hæc substi-
 tuta sunt ab interpolatore, eoque non præferenda lectioni
 genuinæ, quam puri & incorrupti codices exhibent. Non
 intellexit homo vanissimus, quid esset *ὁ ὡς λαμβάνειν τὴν*
Φαινομένῳ νεωτερίῳ τῶν; Itaque suo more substituit, quæ
 sibi planiora videbantur. Quomodo paullo ante pari auda-
 cia pro *συνχεῖν*, quod similiter non intellexerat, κατὰ Φρο-
 νεῖν supposuit. Nec tollitur difficultas, si cum eodem * Ham- * *l. c. 9. 40*
 mondo & Joanne Dartes † *νεωτερίῳ τῶν Damas junioris or-* † *lib. 1. de*
INATIONEM aut episcopalis dignitatis in adolescentem collationem *ord Eccl.*
interpreteris. Nam idem dubium permanet. Quomodo *cap. 18a*
 enim non acceperunt eam ordinationem presbyteri? Et cur
 Φαινομένη dicitur? Annon vere Damas fuit ordinatus?

XI. Illustris Salmasius peculiare genus fraudis heic rep-
 perisse sibi visusest. Ait enim * auctorem hujus epistolæ, quem * *in Appen*
 post excessum S. Ignatii vixisse credit, *primum plebi ipsi com-* *pag. 57.*
mendare suum novum Episcopum, & petere, ut non minus familia-
riter cum eo agant, quod videatur junior, sed ut reuerenter cum
eo se gerant? Deinde ad presbyteros conuersum, quibus durum fue-
rit hominem se natu minorem sibi superpositum videre, eos alia arte
aggredi. Itaq, petere ab his, ut sine præjudicio adprobanda & recipi-
enda nouella hujus institutionis, qua unus Episcopus, & quidem ju-
nior, omnibus presbyteris, id est, senioribus qui præerant Ecclesiæ,
præponebatur, sed tanquam in DEO prudentes viri, honorem
ei deferrent & concederent. Non enim ipsi tantum hunc honorem
 habituros, sed DEO Patri Jesu Christi. Sic magna arte ipsis in-
 sinuare, Episcopum tenere locum DEI in Ecclesia, presbyteros
 vero esse Apostolorum loco. Atqui, primo Ignatius, seu qui-
 cunque auctor est (nam eam controuersiam à nobis heic se-

85.7.

poni, supra † indicauimus) nō hortatur presbyteros, ut episcopum recipiant, sed eorum exemplo totum Magnesiorum cœtum, ad quem epistola hæc scripta est, officii admonet. *Decet vos inquit, non conti iuuentute episcopi &c. SICVT & cognoui sanctos presbyteros & περισειληφότας τῶν νέωπερικῶν τάξιν.* An qui adlegat aliquem in exemplum, quod respiciant alii, dici potest eum, quem laudat, hortari, & ab eo petere, vt faciat, quod jam facere dicitur? Non certe. Nullus itaque arti oratorix, erga presbyteros vsurpata, heic quidem locus est. Deinde nusquam dicit *presbyteros se cognouisse NON VT accipientes eam, qua noua videtur, institutionem, sed cedentes ipsi &c.* vti quidem Salmasius hunc locum transtulit. Nullum vestigium particulæ *VT*, aut illius respectus, in textu monstrari potest. Si mens Ignatii fuit, presbyteros non accepisse quidem episcopalem gradum, sed cessisse tamen ei prudenter, quomodo eorum exemplo potuit hortari Magnesios, vt ipsi reciperent? quomodo laudare Sotionem, vel potius Magnesios omnes, quod episcopo subiecti essent vt gratiæ DEI. Et quid hoc ad iuuentutem episcopi, de qua illi sermo est? Denique vocis *περσελαμβάνειν* vsus hanc expositionem non admittit.

XII. Ingrediamur ergo aliam viam, & tentemus, si verum huius loci sensum possumus eruere. *τάξις* interdum idem est ac *officium, munia, partes, ordo, dignitas* alicujus. Demosthenes *πρὸ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας*, * vbi de iis, qui sententiam de negocijs Reip. dicunt: *τὰ μὲντοι πολλὰς ἀδελῶς τῶν τάξιν αἰρεῖσθαι τῆς πολιτείας, ἴσως μὲν αἱ παρὰ τῶν μισοτῶν αὐτοῖς ὠφέλεια μάλισ' αἴται.* Idem *πρὸ τῆς παραπερισβείας* †: *Βαλομα ὑπομνήσαι, εἰς τῖνα τάξιν ἔταξεν ἑαυτὸν λιχύνης ἐν τῇ πολιτεία.* Vtroque loco *τάξις* munus, quo quis in Rep. fungitur, notat. Eadem oratione *: *ὄν τῖνα ὑμεῖς εἰς ταύτην τὴν τάξιν καπεθήσατε: quem vos isti muneri prefecistis.* De legatione Aschnis ad Philippum regem, loquitur. Oratione pro Ctesiphonte †: *τὸ μὲν παρεληλυθὸς αἰεὶ ἀπὸ πάντων ἀφείτα καὶ ἄδεις πρὸς τὰς περιθῆσαν ἑδάμῃ βασιλεύ. τὸ δ' ἄ μέλλον, ἢ τὸ παρῶν, τὴν δ' συμβάλας τάξιν ἀπαιτῶ.* Recte interpres: *Επιτιμῶ*

ans

aut presentia consilii munus requirunt. Sic Diodorus Siculo-
 lus* sacerdotes in Meroe, Ægypti insula, *μεγίστω καὶ κρυψω** lib. 3. Bi-
 τὰ τὴν τάξιν ἔχοντας, id est *maximo & prestantissimo munere* b. i. o. b. cap.
præditos dixit. Idem qui alibi τὴν τῆς ἰδίας τάξεως ἐπιμέλειαν 6. p. 146. ed.
 vocavit proprii officii curam. Hinc cum officium quando- Hanou. 2.
 que denoret ministerium publicum, *λειτεργίαν*, apparitionem, 1604.
 & quandoque ipsos apparitores ac ministros; eodem sensu &
 voce *τάξις* Græcia inferior vsa est. Glosæ † Cyrilli: *τάξις* † pag. 629
ἀρχοντός, officium, apparicio. Legendum: *apparitio.* Glosæ edit. H.
 Basilicorum* à Carolo Labbæo editæ: *ΟΦΘίσιον, λειτεργία.* Steph.
ΟΦΘίσιον, τάξις. Indeque *ταξιόταυ* in eclogis Juris Græco- * pag. 836
 Romani, Novellis Justiniani, Chronico Alexandrino, & alibi
 †, pro officialibus & ministris, qui magistratibus & Adfes- † B. Meurs.
 soribus præsto sunt. Ad hunc modum & *νεωτερικὴ τάξις* for- Glosar.
 tase non male exponetur *officium* siue *munus juvenile* vel ju- Græcoarb.
uenis. *Νεωτερικὴ* vero *τάξις*, vt etiam Jo. Dartis* obseruauit, * pag. m. 549.
 dictum pro *νεωτέρῃ τάξις*, modo loquendi Græcis pariter ac * l. c.
 Latinis admodum vsitato, quo Adiectiuum nomen loco sub-
 stantiui, gignendi casu positi, adhibetur. Vt cum Darium
 Medum Abydenus in nobili fragmento Asfyriacorum, quod
 apud Eusebium † legitur, τὸ *Δασύριον ἀύχημα*, id est, spem † lib. 9. pra-
 Asfyriorum; & auctor Liturgiæ, quæ sub nomine S. Jacobi par. Euang.
 circumfertur, sanctam Deiparam *παρθένιον καύχημα*, hoc est, pag. 243. ed.
 virginum gloriam, appellauit. Sic passim apud Græcos Rob. Steph.
βίη Ηρακλείη & Ἰφικλήη, quod est *Herculis & Iphicratis fortitu-* Vid. Scalig.
do, celebratur. E Latinis parili modo Ouidius II. Pastorum: append.
 Oper. de
 Emend.
 Temp. pag.
 4. edit. 10-
 nif.

Quod tamen Herculeæ sustinere manus.

Pro, manus Herculis. Et Lucretius II de rerum natura

---- *Cadit in terras vis flamma.* Hoc est, flammæ.

Et ita passim locuti alii. Sic ergo & *νεωτερικὴ τάξις*, pro
τάξει νεωτέρῃ. Id suadet, quod statim apud Ignatium sequit-
 tur; *συγχωρεῖν τῆς αὐτῶ.* Nempe *νεωτέρῳ.* Neque enim video,
 ad quid aliud pronomen illud masculinum referri possit.
 Quæ res denuo argumento est, hunc locum de persona, non

de qualitate ordinis accipiendum esse. Quo enim referes illud αὐτῶ, si νεωτερικὴ τάξις idem erit, quod nouellum institutum aut nouum ordo? Non sane ad vocem Ἰπισκόπος, quæ paullo ante præceserat. nam eo referri, structura sermonis prohibet.

XIII. Porro ἡ Φαινόμενη νεωτερικὴ τάξις dicitur, non quasi reipsa non sit talis, sed quod manifestum sit, talem, id est, iuuenis istius episcopi, esse. Nam, vt Græci sermonis periti annotant. Φαίνεται haud raro idem est ac constare, liquere, manifesto comperiri Estque hoc verbo sapius in eo significatu vsus Josephus libro non admodum magno περὶ λα-

ἱερ. 1. §. 8. γισμῶ αυτοκρητορες; vnde supra * locum attulimus, in quo huius rei exemplum habes. Plura et aliis scriptoribus congregere Guil. Budæus in commentariis Græcæ Linguae †, Henr. Stephanus in Thesaurο*, & Franc. Vigerius in elegantiac perutili libello de idiotismis Græcæ linguæ cap. v, sectione XIII, regula 1. E veteribus quoque Eustathius ad illud Homeri Odys. ἀ versu 13c xc v & seq. †

Ἄλλ' ὁ μὲν ὑμέτερον θυμὸς καὶ αἰεκέα ἔργα φαίνεται:
τὸ φαίνεται, inquit, ἀντὶ τῆς, Φανερώτατος ἐστίν. Idem ad Iliad. γ versum cccclvii *;

Νίκη μὲν δὴ φαίνεται ἀρίστη Μενελάου:
Ἐστὶ δὲ τὸ φαίνεται, ἢ δικαστικόν, ὡς ἀντὶ ἔ' εἴκειν ἀλλὰ μάλιστα βεβαίωσιν δηλοῖ, εἰλημένον ἀντὶ τῆς, Φανερόν ἐστι καὶ ἄφανές. τοῦτο καὶ ἐν Ὀδυσσεΐα τὸ, τῶν ἡμέτερον αἰεκέα ἔργα φαίνεται. Ipso participio Φαινόμενον, sic vsus idem, quem modo laudauimus, Josephus est, libro 1 ἀλώσεως cap. III: vbi de seruulo sanguinem Aristobuli regis in loco, vbi frater ejus occisus erat, effundente: ἔτο (αἷμα) πῆς τῶν πρὸς τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαμονίῳ πρηνείᾳ σφάλλεται. καθ' ὃν τρόπον ὁ Ἀντίγονος ἐσφακτο, καὶ Φαινόμενοι ἐπὶ τοῖς λπὸ ἔ' Φόνος ἀπίλοις τὸ αἷμα ἔκτείναντ' ἐπέξέχεεν. Φαινόμενοι ἐπὶ τοῖς σπύλοις, hoc est, adhuc manifesto apparentibus, quæ a caede erant, maculis. Similiter Synesius Φαινόμενας πρᾶσπινας dixit apparatus belli apertum & manifestum, seu, vt Josephus eodem loco vocat,

Φανερόν

Φανερόν πόλεμον: opposuitque τῷ λοχῆσαι ἐν Φάραγι, h. e. in-
 diis in loco præcipiti, vel in valle. Ἀλλὰ νομίμῳ πολέμῳ καὶ
 Φαινόμῳις ὡδρασκευαῖς πλήθῃ πρὸς πλήθῳ ἀγωνισαίμεθα. Et
 quid aliunde exempla conquirimus? Ipse harum epistolarum
 auctor in ea ad Polycarpum (Ignatio aduersus doctis, viros
 adferit * Vossius) ea voce sic vsus est, cum † τὰ Φαινόμενα ορ-
 ρονίτις ἀοράτοις. En verba eius: ἵνα τὰ Φαινόμενα σε εἰς
 ὡδρασκευαῖς κολακείης. (Vossius emendat, κολακείη) τὰ δ' ἀόρατα
 αἰτεῖ ἵνα σὺ Φανερωθῇ. Atque sic accepit vetus Interpres Vse-
 rii, cum reddidit: *Ut manifesta in tuam faciem blandiaris.* I-
 temque vulgatus, cuius translationem exhibuit Nic. Vedelius.
 Vertit enim: *Ut ea quæ palam oculis subjiciuntur, corrigas.* Le-
 gerat scilicet in Græco, vt etiamnum vulgatæ editiones ha-
 bent: ἵνα τὰ Φαινόμενα σοι εἰς ὡδρασκευαῖς ἐπινοηθῶσης. quod hand
 dubie ab interpolatore profectum est.

* in nos.
 p. 265.
 † pag. 11.
 ed. Voss.

XIV. Sic ergo & Φαινομένη νεωτερικὴ τάξις videtur esse
 manifestum iuuenis officium, siue partes, quas iuuenis (episcopi)
 esse, in aperto est. Has & ὡδρασκευαῖς πρὸς ἐξυπέρῳι, laudantur,
 id est, non adsumentes, adsciscentes, ad se trahentes, aut rapientes,
 quæ manifesto ad officium junioris episcopi pertinerent. Vt
 ὡδρασκευαῖς τὴν τάξιν ferme idem sit, quod apud Isocratem,
 locis supra laudatis, αἰρεῖται τὴν τάξιν, & ἑαυτὸν τὰ τῆν εἰς αἰξίν.

XV. Totus itaque locus Ignatii, mea sententia, sic ver-
 rendus distinguendusque est. Quoniam itaque dignus sum
 habitus, qui vos viderem per Damam, Deo dignum episcopum ve-
 strum, & dignos presbyteros, Basium & Apollonium, ac conser-
 uum meum, Sorionem diaconum, (quo utinam ego fruam!) quod
 subjecti estis episcopo tanquam gratia DEI, & presbyteris vt legi-
 Jesu Christi: etiam decet vos non conti iuuentute episcopi (vel, non
 vna vti illis, quibus iuuenis episcopus vuitur) sed secundum virtu-
 tem DEI patri omnem reverentiam ei tribuere: sicut cognoui &
 sanctos presbyteros non adsumentes (ad se trahentes) ea, quæ mani-
 festo iuuenis (episcopi) sunt munia; sed vt prudentes in DEO,
 concedentes ipsi. Non ipsi vero, sed patri Jesu Christi, cunctorum
 episcopo. In honorem igitur ejus volentis, decet vos obedire sine

hypocrisis. Neque enim hunc, qui videtur, episcopum quis decipit, sed invisibilem illum fallit.

XVI. Hæc expositio quanquam (quod diffiteri nolo) paullo coactior alicui, præsertim Ignatii lectioni non satis ad-
 fuero, videri possit: nihilominus, si quid video, ceteris omni-
 bus, quæ a doctissimis viris hucusque excogitatæ sunt, haud
 paullo commodior, verbisque Ignatii accommodatior est.
 Proinde non dubitamus eam ceteris præferre. Quod si quis
 commodiorem attulerit, ei lubentes adsurgemus. Illud au-
 tem, nisi me omnia fallunt, ex iis quæ diximus, totoque con-
 textu Ignatii, plane certum est, non de novitate ordinis, sed
 de juventute episcopi, sermonem heic esse. Ex quo sequitur
 nil juuari hoc loco eos, qui νεωτερικὸς idem esse volunt, quod
 novus, vel circa nova versans. Quinimmo si nostra expositio
 loci Ignatiani vera est, is plane vna cum iis, quos superiori
 capite adduximus, euincet, idem esse νεωτερικὸς, quod *juveni-*
lis, vel, quod ad *juvenem* pertinet; adeoque non parum receptam
 interpretationem loci Paullini juuabit. Nam si νεωτερικὴ
 τὰς εἰς idem est, quod officium *juvenis*, manifestum erit, vocem
 νεωτερικὸς quandoque de ætate accipi, ac subjectum conno-
 tare. Id quod novæ expositionis auctores acerrime infi-
 ciantur.

CAPUT SEPTIMUM.

Ex ipso contextu loci Paullini ostenditur, juveniles cupiditates in-
telligi debere. νεωτερικὰς ἀρετὰς eas ab Apostolo vir-
tutes opponi, quibus vitia & adfectus juventutis adversantur.
Quanam illa, & a quibus accuratius descripta. Quas
cupiditates Apostolus heic designet. Grotius & Corn. a Lapide
notantur. Hilarium diaconum auctorem videri Commenta-
riorum in Epistolas Paullinas, Ambrosio adscriptorum. Timo-
thei persona non congruere expositionem Salmasianam. Con-
firmata Timothei fides & doctrina. Hammondi lapsus, &
quorundam Interpretum ærepticæ. An juvenis fuerit Timo-
them, cum hac ad eum scripsit Apostolus. De tempore, quo
viraque

utraque ad Timotheum epistola scripta est, varia doctorum virorum opiniones, & quænam illarum probabilior. I. Tim. III, 14. illustratur.

Ostendimus hucusque, consuetudini sacrarum literarum, veterumque scriptorum vsui, convenientius esse, si νεωτερικῆ καὶ ὀπιθυμίας de cupiditatibus juvenilibus, hoc est, ejusmodi quales plerumque illæ adolescentum ac juvenum esse solent, quam, si de nouarum rerum studiis accipiantur. Nunc eandem vulgatam expositionem ex ipso contextu sermonis Apostolici, sed breuiter, confirmabimus. Quales igitur Apostolus ὀπιθυμίας intellectas velit, docent quæ statim subjicit, eodem & sequentibus commatibus. Δίωκε δὲ, inquit, δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην καὶ τὸν ὀπιθυμίας (seu ut cod. Angl. πάντων ἀγαπῶντων) τὸν κύριον ἐκ καθαρῆς καρδίας. Τὰς ἡμετέρας καὶ ἀπαιδέυτας ζητήσῃς παραίτη, εἰδὼς ὅτι Ἰησοῦς μάρτυρας δέλον δε κύριος ἔδει μάχεσθαι, ἀλλ' ἡπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδάκτικόν, ἀνεξίκακον, ἐν πραότητι παιδεύοντα τὰς ἀντιδιαθεμέρας. Vides, non constantiam, aut studium tuendi conseruandique ea, quæ vsu recepta sunt, νεωτερικῆς ὀπιθυμίας opponi (quod fieri debebat, si per eas innouandi cupidinem designare Apostolus voluisset) sed illas virtutes, quas in plerisque junioribus frustra quæras; hoc est, vt Interpretes exponunt, justitiam, vitæque innocentiam; fidem, quæ sine curiosa disquisitione recipit mysteria a Deo revelata; caritatem, quæ non æmularur, non inflatur, non est ambitiosa; Concordiam item, mansuetudinem in ferendis, qui diuersum sentiunt, patientiam in tolerandis conuitiis & infirmitatibus aliorum, abstinentiam à rixis & quæstionibus stultis, immodestis, immodicis, & inutilibus: denique, si credimus † Cypriano, Anselmo, * & aliis, docilitatem, h. e. vt libenter doceri se patiatur. Quibus omnibus aduersantur iniustitia, nimia curiositas, æmulatio, superbia, ambitio, jactantia, iracundia, contendendi rixandique libido, impatientia, temeritas, impetus juvenilis, immodestia, studium inutilium quæstionum, & opinio singularis eruditionis: quæ plerumque juvenum animis inhæ-

erere

† in epist. ad
Pompejanū.
* ad b. h.

43.

rere solent, præsertim eorum qui aut præ sunt aliis, aut docendi disputandique munus susceperunt; qualis & Timotheus fuit. Singula idoneis veterum scriptorum testimoniis & exemplis confirmare, neque tempus, neque modus dissertationis hujus patitur. Videndus Aristoteles II. Rhetor. cap. XII. &, qui commentarii loco esse potest, Ger. Jo. Vossius lib. II. Institut. Orator. cap. XIV, sectione V; tum ex iis, qui characteres ingeniorum ex instituto descripserunt, Barclajus cap. I. Iconis animorum, & Neuhufius lib. I. Theatri Ingenii humani, cap. VI; sed maxime Tobias Magirus in eximio Collectaneorum opere, quod *Polymnemonia* inscripsit *, & eruditiss. Dilherrus, peculiari Diatriba de moribus ætatum. De ardore juvenili, studio inutilium quæstionum, & opinione singularis scientiæ, nuper aliquid ipsi diximus ad cap. IV. Agricolaë § 25. & 31. Taciti †.

* sub tit.
Adolescentia.

* in annot.
ad b. l.
† Comment.
in h. l.

† pag. 1658.
edit. Comelin.

II. Non igitur novarum rerum studium, cui nulla virtutum ab Apostolo recensitarum directe aduersatur: quem admodum nec solæ gloriolæ, quibus qui student, *νεανώδεσξ Γραεις* dicuntur, ut Grotius * voluit; aut solæ curiositas, ambitio, & inanis gloria, quam juvenes ambiunt, ut velint videri subtiles, sapientes, ceterisque doctiores, quæ Cornelii à Lapide † sententia est; nec denique solæ libidines; sed omnia vitia, omnes adfectus illi, in quos juvenes propendere solent; immo, si S. Chrysostomo credimus, *πάσι δπιθυμία ἀτοπῶ*, intelligi debet. Sic enim eloquentissimus Pater homilia VI. in hanc epistolam † scribit: *Νεωτερικῆ δὲ αὐτῶν εἰσὶν αἱ τῆς παρνείας μόνον, ἀλλὰ πᾶσι δπιθυμία ἀτοπῶ, νεωτερικῆ. Et mox: καὶ ὑβριστῆς ἢ πῆς, καὶ διωασείας ἐρεῖ, καὶ χερημάτων, καὶ σωματῶν, καὶ ὅτι ἐν δὴ ποτε, νεωτερικῆ ἢ δπιθυμία, ἀνόητῶ, οὐ πω τῆς καρδίας βεβηκνίας, ἔστω τῶν φρενῶν ἐν βλάβῃ τεθεισῶν, ἀλλ' ἠωρημένων. ἀνάγκη ταῦτα πάντα γίνεσθαι φαντασίας νεωτερικῆς.* Similiter qui Damaso sedente Commentarios in Epistolas Pauli, ab annis plusquam Ioc CC, aut fortasse cIdc, falso pro Ambrosianis habitos, scripsit, (Hilarium, Romanæ Ecclesiæ diaconum, esse, censent firmantque Bellarminus in lib. de Script. Ecclesiasticis, Salmasius in

Appa-

Apparatu*, Blondellus sect. 1. Apologia † sæpius laudatæ, & * pag. 39.
 Vosius lib. 1. Histor. Pelag. parte I*,) ad hæc verba: *Juveni-* † pag. 47.
lia, inquit, desideria sunt voluptates mundana, quæ omnibus illece- † 48.
bris mancipatæ sunt, ideoque fugiendæ. * pag. 176.
 edit. nu-

III. Jam, si personam ejus respicimus, quem Apostolus
 fugere *νεώτερος ὀρθουσίας* jubet, apparet, nullam fuisse caus-
 sam, cur eum a novarum rerum studiis dehortaretur. Sciebat
 enim, Timotheum in doctrina fidei probe institutum; quippe
 qui † a seipso ὑγιαίνοντα λόγος audierat; cui* *firma fides facta* † cap. 1, 13.
fuert eorum, quæ a se didicerat (sic enim illud ἰπιστώθη exponi * cap. 3, 14.
 vult † Nicol. Fullerus:) qui *adsecutus erat* (παρακολούθησε) *suam* † I. Miscell.
doctrinam, vitæ rationem, propositum, fidem, longanimitatem, ca-
*ritatem, patientiam**, &c. Itaque non erat, cur metueret, ne * cap. 3, 10.
 quid novarum rerum agitare. Neque tota hac epistola vl-
 lum ejus metus vestigium deprehendere est. Nam quod ali-
 cubi eum hortatur, vt † *maneant in illis, quæ didicerit*, id non ad † cap. 3, 14.
 vitandum innouandi studium, sed constantiam in fide Chri-
 stiana & pietatem, cujus nonnulli vim, sola specie retenta, abne-
 gaturi erant*, pertinet. * ibid. v. 5.

IV. Henricus Hammondus † etiam ab ætate Timothei
 argumentum petit, quo novam Salmasii expositionem con- † loco supra
 futer. *Cur non, inquit, juveniles cupiditates (ant quæ in juvenes* cit.
cadere solent) νεώτερον Timotheo fugienda censerentur? Non parum
 equidem tribuerem huic collectioni, si certo constaret, νεώτε-
 ρον fuisse Timotheum, cum hæc ad eum Paulus scriberet. Nunc
 id adeo certum non est, vt potius probabile sit, ætate aliquan-
 to prouectiorem fuisse. Seduxere, credo, virum ceteroqui
 perspicacem vnus & alter Interpretum, qui his verbis *juuen-*
*itatem Timothei** respici, volunt, & quia juvenis erat, idcirco eum * Vid. Cosm.
 Apostolum hortari, vt *juvenilia fugiat*. Quos, vt ita sentirent, Magalian.
 non aliud videtur induxisse, quam quod prioris Epistolæ cap. comm. ad
 iv. † *ὁ νεώτερος* Timotheo tribui viderent. At non, si prior epi- b. l.
 stola, statim & posterior ad juvenem adhuc scripta est. † comm. 18.
 Multis enim hæc annis post illam missa videtur. Sætem nondum
 satis exploratum est, quo vnaquæque earum anno scripta sit.
 Jacobus quidem Vsserius, vir eruditissimus, & de sacra pro-
 fanaque historia præclare meritis, priorem epistolam demum

* part. 20

Annal. p.

688. & seq.

† append.

ad histor.

Apostol.

p. 75.

anno periodi Julianæ quater millesimo Io cc LXXIIX, æræ
 Dionysianæ LXV, Neronis XI finiente; posteriorem autem
 extremo anno sequenti scriptam * putauit; sed ejus sententiæ
 suæ nullum argumentum adduxit. Videtur tamen inducens
 fuisse verbis Apostoli i Tim. III, 14. Sed ea quid prohibet cum
 Lud. Capello † de illo rebitu accipere, quo Paulus, Hieroso-
 lymam profecturus, in transitu Ephesi aut Mileti vidit Timo-
 theum? vid. Act. xx, 17. Aut, si id nolis, unde constat factum
 fuisse, quod Apostolus, vt bene Græci Interpretes obseruant,
 non promittit, sed sperat tantum, idque, vt ex adjecto, *στια-
 δανερο*, apparet, dubitanter? Taceo, quod hæc Vserii opi-
 nio, (vt alia illius multa; ad res Pauli pertinentia) valde
ωρδοξο, ac fortassis & noua est. Nam plerique omnes,
 quos vidi, accuratiores Chronologi, in itinere Macedonico,
 de quo Act. xx, aut circa tempus illud, scriptam volunt: hoc
 est, pro diuersa eorum computatione, siue extremis Claudii
 temporibus, siue sub initia Neronis. Jam posteriorem plé-
 rique veterum, vt liquet ex subscriptionibus Græcorum &
 Arabicorum codicum, (à quibus quod disentiunt Æthiopi-
 cus, & Græcus Anglicanus, qui Laodiceæ scriptam perhibent,
 manifesto errore factum est, ex subscriptione prioris epistolæ
 orto:) Eusebio item, II. hist. Eccles. cap. xxII, Hieronymo in
 lib. de Script. Eccles. cap. v, Chrysostomo homilia I in eam,
 Theodoro in argumento, & comment. ad cap. IV, Primasio,
 Anselmo, Theophylacto in explicat. ejusdem capituli, Nice-
 phoro II. hist. Eccl. cap. xxxIV, & c. hosque secuti Centuriato-
 res Magdeburgici Centur. I. lib. I. cap. x, Cosmas Magalianus
 in præfat. Commentarii sui, sectione III, Cornelius a Lapide
 ad cap. IV. 4. 6. 16. & 20, Ben. Pererius proleg. in Epist. ad
 Rom. num. XLII, Jac. Cappellus centuria I histor. Eccles. ad
 annum Chr. LXIV, & in Tabula Chronologica historiæ Apo-
 stolicæ *, Lud. Cappellus in appendice † ad historiam Apo-
 stolicam, Fr. Balduinus & Jo. Gerhardus noster, *οικουµενισται*, in
 præfationib. Commentariorum suorum, D. Dorscheus in
 Chronotaxi Actuum Apostolicorum MS. ad ann. mundi
 ∞ ∞ ∞ ∞ XVII, D. Danhauerus parte I Christeidos *,
 D. Jo. Tob. Major b. m. parte II Exegematum in Acta, sub fi-
 nem

* præfixa

historia A.

post Lud.

Capelli fra-

tri

† pag. 82.

* pag. 151.

nem ꝑ, Jac. Vserius in parte II Annalium, ad ann. Chr. LXVI, ^{† pag 382.} aliique plures, in secundis Paulli vinculis, paullo ante quam martyrio coronaretur, scriptam existimant: nixi præcipue verbis Apostoli cap. iv, 6. & 7. quibus mortem sibi imminere significat; quodque Trophimum, quem Mileto vna cum Apostolo Hierosolymam profectum esse, ex Act. XXI, 4. 15. & 29. colligitur, *Mileto se reliquisse infirmum*, scribit*, quo tamen, an-^{* c. 4. 20.} tequam Hierosolymis Romam deduceretur, non est reuersus. Quibus addi possunt alia ex eisd. capit. 10. 12. 13. 16. 17. & 20. Atqui martyrium Paulli Eusebius ꝑ, & alii veterum, ^{† in Chron.} anno Neronis XIV; plerique juniorum XIII; Epiphanius ^{* add. Hieron. de scr. Eccl. c. 5. Bedam in Act. c. 51.} XI; Capelli fratres (Jacobus quidem locis paullo ante laudatis, Ludouicus autem in historia Apostolica, inque Chronologia sacra, quæ Apparatu Bibliici operis Anglicani inserta ^{Act. c. 51.} est, tabula XI) anno XI contigisse censent: vix quisquam, quod ^{Eccl. c. 51.} ego quidem sciam, ante decimum. Igitur minimum anno septimo aut octavo, iuxta quorundam calculum etiam vndecimo aut XII, post priorem epistolam scripta fuerit posterior. Timotheum autem, cum prior ad eum mitteretur, xxx annos, aut amplius, natum fuisse, censet Gregorius Magnus homil. I in cap. I Ezechielis, & cum eo multi Interpretum. Itaque cum posterior exarata est, jam virilem ætatem ingressus erat. Scio, Salmeronem, Justinianum, Estium in comm. ad hanc epistolam, Lorinum in cap. vlt. Actorum*, Baronium ad Ann Chr. ^{* pag. 983.} LIX, Vedelium lib. I de cathedra Petri cap. XIII, & præcipue Massutium lib. XII de vita Paulli cap. VI, (cum quibus etiam faciunt Osiander cent. I hist. Eccl. lib. III cap. XIX, Hornejus Compend. Hist. Eccl. lib. I cap. XI, num. XVI, aliique plures:) posteriorem epistolam e prioribus vinculis, anno III aut IV. Neronis, mistam velle, idque multis, ac speciosis, argumentis propugnare. Sed ea tam robusta non sunt, vt veteris Ecclesiæ, ac plerorumque doctorum sententiam possint euertere. Adde quod ea opinio defendi nequit, nisi multa præter rationem, & sacrarum literarum, veterumque scriptorum, auctoritatem, fingantur. De quo fortasse plura, Deo dante, alibi.

CAPUT OCTAVUM.

*Diluantur objecta. Νεωπιζεν quid. Κωνίς de eo qui res nouas molitur. Ηαρο-
cratation emendatur. Quid sit apud Aristotelem νεωική επιθυμία. Νεωική λογική,
νεωικόν πνεύμα, & similia. G. 2 Super.*

Supereſt, vt breuiter reſpondeamus ad ea, quæ Vir doctus pro ſua expoſitione ſadduxit. Primo genuinam Φρόσεως Apoſtolica vim penitus conſideratam † allegat. Vocem enim νεωτερός NOVVM ſeu NOVATRIENTEM melioribus Græciſmi authoribus conſtanter deſignare, &c. Id falſum eſſe, jam ſupra * prolixè oſtendimus. Deinde νεώτερος ait eſſe res nouas, νεωτερίζει noua moliri. Ergo procul dubio νεωτερικὸς ἐπιθυμίας ſυτυνας, qua circa τὰ νεώτερα verſantur, & nouitatibus adſciuntur; ſicuti κοσμητικὴ ἐπιθυμία eidem Apoſtolo Tit. 11, 12. ſunt illa, qua mundo & mundanis adglutinantur, & σαρκικὰ Petro 1ep. 11, 11. qua carni & carnalibus adherent. Non inſicior, vera eſſe, quæ de ſignificatu vocum νεώτερος & νεωτερίζει, attulit. Diſerte Hefychius: Νεωτερίζει καὶ πρῶτην. Καὶ νεὸ πρῶτην idem eſt quod καινοτομεῖν καινεργεῖν, καινεργεῖν, καινὰ φρονεῖν, νεωτεροποιεῖν, νεώτερα πρῶτην, νεωχμῶν, τοῖς νεωτέροις ἀεμόθειν πρῶτασιν, &c. quibus omnibus eodem ſenſu Græci vtuntur, ſed ita, vt vim quandam inuoluant; quemadmodum Latinorum res nouas moliri. Vnde apud Suidam † neſcio quis vetus ſcriptor: Τῶτον ἡ ἀεῖλοι, ὡς νεώτερος ἔστι Ρωμαίων πρῶταιοντα. Qui hoc faceret, vocabatur νεωτεροῦς, νεωτερίζων, νεωτερικὸς, νεωτέρων ἐπιθυμῶν, καινῶν ἐργων ἐπιθυμῶν, vt e Polluce * & Suida † cognofcimus. Interdum & καινός. Collimaff. c. 1. n. gio ex Harpocrate & Suida. Hujus verba ſunt: Καινός. Ἰσκαράτης ἀντὶ τῷ ὡς τῶς 21. lib. 3. c. 6. νεωτέροις ἀεμόθειν πρῶτασιν. ἔτω δὲ καὶ ἔφορος. Quæ hauſit ex Harpocrate, cujus corrupta ῥῆσις (quod miror non obſeruaſſe doctiſſ. Maſſacum) c. 4. n. 2. ſic emendanda eſt: Καινός. Ἰσκαράτης πανηγυακῶ. οἷον ὡς τοῖς νεωτέροις ἀεμόθειν πρῶτασιν. fic Suidam legiſſe, manifeſtum eſt. Vulgo legitur καινῶς, & οἷον ὡς τ. νεωτεροῦς. ἀεμόθειν πρῶτασιν. Ceterum ex his nondum ſequitur, νεωτερικὸς ἐπιθυμίας eſſe, quæ circa τὰ νεώτερα verſantur, Nam huiusmodi formulas in N. F. ſemper ſubjectum, non objectum, deſignare, ſupra docuimus; vbi & de σαρκικαῖς & κοσμητικαῖς ἐπιθυμίας diximus. Pergit * vir doctus, idem eſſe νεωτερικὸς ἐπιθυμίας φέρον, quod νεωτεροῦς ἐπιθυμῶν. At qui apud Pollucem † νεωτέρον ἐπιθυμῶν eſſe inter epibeta miſtopλέως. Igitur ambigendum non eſſe, φιλοκακίαν ab Apoſtolo damnari. Sequeretur hoc, ſi ab objecto denominari has ἐπιθυμίας, conſtaret. Nunc a ſubjecto, quod ſunt οἱ νεώτεροι non τὰ νεώτερα, ſic dicuntur. Poſtremo; Non νεωτερικὸς, inquit, ſed νεανικὸς ſine dubio dixiſſet Apoſtolus, ſi iuueniles vitare intendiſſet. Sic enim Philoſophus Etb. Nicom. lib. VII. cap. 17 νεανικὴν ἐπιθυμίαν diſerte dixit, iuuenilem impetum deſignaturus. Sic quoque νεανικὸν φρόνημα Demoſthenes, νεανικὸν φρόνον Euripides, νεανικὸν φρόνον Theophrastus dixerunt. Sed aliud eſt νεανικὸν, aliud νεωτερικόν. Hoc omnino nouitatem complectitur. Primo falſum eſt, νεωτερικὸν ſemper nouitatem complecti. Nos aliud ſupra euicimus. Deinde cum νεώτερος æque iuuenem deſignet, ac νεανίος: cur νεανικὸς iuuenilis erit, νεωτερικὸς non erit? Poſtremo neceſſe non eſt, νεανικὴν ἐπιθυμίαν apud Ariſtotelem interpretari iuuenilem impetum. Potius cum Michæle Aſpaſio, Riccobono, Argyropylo, Lambino, aliisque, cupiditatem vehementem ſive ingentem expoſuerim. Quomodo Alexis, apud Athenæum *, νεανικὴν λοπέδα pro patella magna, Plutarchus † νεανικὸν πνεῦμα pro vehementi vento, & νεανικώτερος κακὰ * pro maioribus flagitiis dixit. Eodem modo accipienda ſunt, quæ Vir doctus e Domeſthene, Euripide & Theophrasto laudauit. Nam & ibi strenuus & magnus animus, motus ingens, & inſignis metus intelligi debent.

T. O. Δ.

† pag. 10

* cap. 3.

† in Νεω-
τερος

* lib. 1. Οπο-
γων ἐγχερητής,

21. lib. 3. c. 6.

n. 1. lib. 4.

c. 4. n. 2.

† in Νεωτε-
ροῦς.

* pag. 2.


† lib. 3. c. 7.


* lib. 4.

† lib. de ſe-
ra num.


Sina.


* lib. de pu-
er. educ.














XXVI.

batur ab operibus Diuinitatis pro-
tio & conseruatio omniū creaturarū

33. & 104. Quo etiam Conceptio
uc: 1. **XXVII.**

Iohan: 3. Titum 3.

XXVIII.

nhabitatio in credentibus, tanquā
& 6. & 2. corinht. 6.

XXIX.

orum ad aedificationem Ecclesiae 1.

XXX.

natio Ministerij. Actor: 13. Et gra-
uod irremissibile appellatur Math:

XXXI.

ex morte spiritali Eph: 1 & 2.
uluere terra. Ezech: 37 & Rom: 8

XXXII.

Spiritus S. etiam ab honore Inuo-
i non nisi vero Deo tribuendus est.

XXXIII.

anctus in uocandus sit, confirmat 1.
e 6. S. S. S. Deus Domi-
uerbis noui Testamēti cōmutetur,
& Dominus pater, filius & S.

XXXIIII.

r testimonio ps. 95. quod supra etiā
XXXV.

Tertio